

stros, qui in vobis habitant, prosternant ante idola quæ in vobis sunt.

VERS. 6. — UBES DESERTÆ ERUNT. Deest, quod apud Hebræos et Septuaginta legitur, in omnibus habitationibus vestris, id est, omnibus in locis, in quibus habitatis, in omnibus regionibus, quæ à vobis habitantur, urbes vestre deserte erunt; et aræ vestre deiciantur. ET DISPARIBUNT, ET INTERIBUNT. Hebr., ita ut destruantur, et vastentur aræ vestre, et confringantur ac deleantur idola vestra, et excendantur simulacra vestra, et aboleantur opera vestra.

VERS. 7. — ET CADET INTERFECTUS. Singularis numerus pro plurali, ut adnotavit R. David, cadent interfecti, in medio vestri, id est, inter vos; significat hæc phrasim magnam stragem in populo futuram, ita ut homines de improviso concidant mortui.

VERS. 8. — ET RELINQUAM, id est, non omnes vos concidatis gladio; sed aliquot reliquos faciam, qui gladium gentium effugiant, et salvi sint. Hebr.: Et relinquam (aliquos) ut sint vobis liberi à gladio inter gentes.

VERS. 9. — LIBERATI VESTRI, id est, qui ex vobis supersûtes fuerint, nec interfecti gladio. Quia contritio, præteritum pro futuro, quia conteram, cor eorum, id est, faciam ut eos peccati poeniteat, affligens eos longa captivitate; Vexatio enim dabit illis intellectum. Hebr., quando contrivero cor eorum. Cum enim occideret eos, quærebant eum, et revertebantur; et ditulculo veniebant ad eum, Psalm. 77, 34. Septuag., juravi cordi eorum, quasi legerint nischabathi. FORNICANS ET RECEDENS A ME, id est, quod fornicari solet et à me discessionem facere, fornicationem autem usitato Scripturæ more idololatricam appellat. ET DISPLACEBUNT SIBI MET. Hebr., et excidentur in faciebis suis, ad verbum, id est, sibi ipsi displicebunt, ut optimè veritatis noster interpres; sicut apud Job 10, 4, excisa est anima mea, id est, dolet, cor mihi confoditur, et Latini loquuntur, quod noster interpres veritatis: Tædet animam meam vitæ meæ. Chaldaicus reddit, gement. Sept., et plangent in conspectu suo, id est, apud seipso.

## CAPUT VII.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:
2. Et tu, fili hominis, hæc dicit Dominus Deus terræ Israel: Finis venit, venit finis super quatuor plagas terræ.
3. Nunc finis super te, et immittam furorem meum in te; et iudicabo te iuxta vias tuas, et ponam contra te omnes abominationes tuas.
4. Et non parces oculis meis super te, et non miserere: sed vias tuas ponam super te, et abominationes tue in medio tui erunt; et scietis quia ego Dominus.
5. Hæc dicit Dominus Deus: Afflictio tua, afflictio ecce venit.
6. Finis venit, venit finis, evigilavit adversum te: ecce venit.
7. Venit contritio super te, qui habitas in terrâ: venit tempus, propè est dies occisionis, et non gloria montium.

VERS. 10. — NON FRUSTRA, id est, non sine causâ, sed ut eos affligendo corrigere, et ad poenitentiam adducerem.

VERS. 11. — PERCUTE MANUM TUAM. Hebr.: Percute manu tuâ, sub. femur tuum, aut alteram manum, ut interpretatur R. David, ut infra 21, 12: Clama ut ulula, Fili hominis, quia hic factus est in populo meo; gladio traditi sunt cum populo meo; idcirco glaudere super femur. ET ALIDE PEDEM TUUM. Hebr., et per pede tuo; ut R. Salom. et R. David exponunt, eodem sensu Chald. et Septuag. Plaudere manu, et strepere pede. Solent qui vehementer ac subito dolore corripuntur, manu femur, et pede terram percute. Quod idem jubet Deus facere prophetam, ut ingentis doloris significationem ingentem calamitatem impendere declararet. ET DIC: HEU! AD OMNES ABOMINATIONES, id est, propter omnes abominationes, sicut Septuag. explicarunt, super omnes abominationes domus Israel.

VERS. 15. — CUM FUERINT INTERFECTI VESTRI. Hebr., interfecti eorum, id est, cadavera eorum qui interficiendi sunt, in medio idolorum quæ coluerunt; quasi dicat: Sapietis eorum exemplo.

VERS. 14. — ET EXTENDAM MANUM MEAM, id est, percutiam eos per Chaldeos. Extendere manum, pro punire, nota phrasim, ut Psalm. 137, 7: Et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et saltem me fecit dextera tua. A DESERTO DEBLATHA. Hebr., à deserto usque Deblatha. Putat R. David Deblatha esse eam quæ apud Jeremiam, cap. 39, 5, et 4 lib. Reg., cap. 25, 6, vocatur Reblatha, quæ civitas est in terrâ Emath in extremis Judææ finibus; propter similitudinem autem duarum litterarum dateth, et reseth, aliquando Deblatha, aliquando Reblatha dicit. Erat autem desertum iuxta Jerusalem alterâ ex parte; itaque indicat fore ut tota Judæa à principio usque ad finem vastetur. Meminit autem Deblathæ potius quàm alius loci, quia ibi Nabuchodonosor cœdit, dum ejus exercitus Jerosolyma expugnaret, ut traditur lib. 4 Reg. cap. 25, et Jerem. 59, quemadmodum adnotavit R. David.

## CHAPITRE VII.

1. Le Seigneur m'adressa encore sa parole, et me dit:
2. Et vous, fils de l'homme, voici ce que dit le Seigneur, le Dieu de la terre d'Israël: La fin vient; elle vient, cette fin, sur les quatre coins de la terre.
3. Votre fin est arrivée; je vais maintenant répandre ma fureur sur vous; je vous jugerai selon vos voies; et je ferai retomber sur vous toutes vos abominations.
4. Mon œil vous verra sans être fléchi, et je ne serai point touché de compassion; je mettrai sur vous le poids de vos crimes, vos abominations seront au milieu de vous, et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.
5. Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Une affliction vient; et en voici encore une autre.
6. La fin vient, la fin est proche; elle s'avance contre vous; la voilà qui vient.
7. Vous qui habitez sur la terre, une ruine entière vient vous accabler. Le temps est venu, le jour est proche; le jour du carnage, et non celui de la gloire des montagnes.

8. Nunc de propinquo effundam iram meam super te, et complebo furorem meum in te; et te iudicabo te iuxta vias tuas, et imponam tibi omnia scelera tua:

9. Et non parces oculis meis, nec miserere, sed vias tuas imponam tibi, et abominationes tue in medio tui erunt: et scietis quia ego sum Dominus percitens.

10. Ecce dies, ecce venit: egressa est contritio, floruit virga, germinavit superbia:

11. Iniquitas surrexit in virgâ impietatis: non ex eis, et non ex populo, neque ex sonitu eorum: et non erit requies in eis.

12. Venit tempus, appropinquavit dies: qui emit, non legetur, et qui vendit, non legetur, quia ira super omnem populum ejus.

13. Quia qui vendit, ad id quod vendidit, non revertetur, et adhuc in viventibus vita eorum: visio enim ad omnem multitudinem ejus non regredietur, et vir in iniquitate vite suæ non confortabitur.

14. Canite tubâ, preparate omnes; et non est qui vadat ad prelium; ira enim mea super universum populum ejus.

15. Gladius foris, et pestis et fames intrinsecus: qui in agro est, gladio morietur, et qui in civitate, pestilentia et fame devorabuntur.

16. Et salvabuntur qui fugerint ex eis: et erunt in montibus quasi columbæ convallium omnes trepidi, unusquisque in iniquitate suâ.

17. Omnes manus dissolvuntur, et omnia genua fluent aquis.

18. Et accingent se cilicis, et operiet eos formido, et in omni facie confusio, et in universis capitibus eorum calvitium.

19. Argentum eorum foras projicietur, et aurum eorum in sterquilinum erit. Argentum eorum, et aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. Animam suam non saturabunt, et ventres eorum non implebuntur, quia scandalum iniquitatis eorum factum est.

20. Et ornamentum montium suorum in superbiâ posuerunt, et imagines abominationum suarum et simulacrorum fecerunt ex eo: propter hoc dedit illud in immonditiam:

21. Et dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, et impiis terræ in prædam, et contaminabunt illud.

22. Et advertam faciem meam ab eis, et violabunt arcam meam; et introibunt in illud emissarii, et contaminabunt illud.

23. Fac conclusionem: quoniam terra plena est iudicio sanguinum, et civitas plena iniquitate.

24. Et adducam pessimos de gentibus, et possidebunt domos eorum: et quiescere faciam superbiâ potentium, et possidebunt sanctuaria eorum.

25. Angustia superveniente, requirunt pacem, et non erit.

26. Conturbatio super conturbationem veniet, et auditus super auditum: et quærent visionem de propheta, et lex peribit à sacerdote, et consilium à senioribus.

8. Maintenant je répandrai de près ma colère sur vous; ma fureur se satisfera en vous; je vous jugerai selon vos voies, et je vous chargerai de tout le poids de vos crimes.

9. Mon œil vous verra sans être fléchi; je ne serai point touché de compassion; mais je mettrai sur vous le poids de vos actions criminelles; vos abominations seront au milieu de vous; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur qui vous frappe.

10. Le jour vient; le jour est déjà présent; la ruine est sortie; la verge à fleurir; l'orgueil a poussé ses rejetons.

11. L'iniquité s'est élevée sur la verge de l'impitoyé; et il ne restera rien d'eux, ni du peuple, ni de tout leur bruit, et ils n'auront point de repos.

12. Le temps est venu, le jour est proche: que celui qui achète, ne se réjouisse point, et que celui qui vend, ne s'afflige point; parce que la colère accablera tout le peuple.

13. Celui qui vend, ne rentrera point en possession de ce qu'il vend; car ceci arrivera pendant la vie même de ceux qui vivent présentement. Ces visions prophétiques qui regardent tout le peuple, ne seront point vaines; et tout homme reconnaîtra qu'il ne se fortifiera point dans l'iniquité de sa vie.

14. Sonnez de la trompette; que tous se préparent; cependant il ne se trouvera personne qui aille au combat, parce que ma colère est sur tout le peuple.

15. L'épée au dehors, et la peste et la famine au dedans; celui qui est aux champs, mourra par l'épée; et celui qui est dans la ville, sera dévoré par la peste et par la famine.

16. Ceux d'entre eux qui s'enfuiront, seront sauvés; mais ils seront sur les montagnes comme les colombes des vallées, tout tremblants de crainte à la vue de leurs péchés.

17. Toutes les mains seront affaiblies, et tous les genoux seront sans force.

18. Ils se revêtiront de cilices, et ils seront saisis de frayer; tous les visages seront couverts de confusion, et toutes les têtes deviendront chauves.

19. Leur argent sera jeté dehors, et leur or sera comme du fumier; leur argent, ni leur or ne pourra les délivrer au jour de la fureur du Seigneur; ils ne leur serviront point pour se rassasier, et pour remplir leur estomac, parce que leur iniquité s'en est fait un sujet de chute.

20. Ils se sont servis de l'ornement de leurs colliers pour repaître leur orgueil, et ils en ont fait les images de leurs abominations et de leurs idoles; c'est pourquoi je mettrai leur or et leur argent au rang des choses impures.

21. Je l'abandonnerai au pillage entre les mains des étrangers; il deviendra la proie des impies de la terre; et ils en useront comme d'une chose souillée.

22. Je détournerai d'eux mon visage, et ils violeront le secret de mon sanctuaire; des brigands y entreront, et le profaneront.

23. Achevez de prononcer la condamnation de ce peuple, parce que la terre est pleine du sang innocent qu'ils ont répandu; et que la ville est remplie d'iniquité.

24. Je ferai venir les plus méchants d'entre les nations, et ils s'empareront de leurs maisons; et je ferai cesser l'orgueil des puissants, et leurs ennemis posséderont leurs sanctuaires.

25. A l'approche des angoisses, ils chercheront la paix, et ils ne la trouveront point.

26. Ils verront venir épouvante sur épouvante, et les bruits affligeants se succéderont l'un à l'autre; ils chercheront la vision d'un prophète; mais la loi périra dans la bouche des prêtres, et le conseil dans les anciens.



27. Rex lugebit, et princeps induetur merore, et manus populi terrae conturbabuntur. Secundum viam eorum faciam eis, et secundum iudicia eorum iudicabo eos: et scient quia ego Dominus.

## COMMENTARIUM.

Vers. 2. — ET TU. Abundat hic nominativus Hebraeorum more, nisi dicamus vocandi casum esse. VENT FINIS, perditio, desolatio. SUPER QUATRO FLAGAS TERRAE. Judaea. Sapè monimus nomine terrae absolute posito, aliquando etiam addito epitheto, *omnis*, aut, *universa*, Judaeam solam intelligi; ut, *luxit et defugit terra*, Isai. 24, 4. Et: *Tenebrae factae sunt super universam terram*, Math. 7, 45.

Vers. 3. — SUPER TE; sub. venit, ò Judaea, ò Jerusalem; est enim Hebraice pronomen generis feminini. ET IUDICABO TE JEXTA VIAS TUAS, id est, puniam te pro meritis tuis; duplex Hebraismus: alter, *Judicare pro, punire*, ut apud D. Paulum 1 Cor. 11, 51, 52: *Si nos ipsos dijudicaverimus, non utique iudicaverimus; cum autem iudicamur à Domino corrumpimur; alter, vic, pro moribus, et actionibus*, ut Proverb. 1, 51: *Comedent igitur fructus viae suae. ET PONAM CONTRA TE OMNES ADMONITIONES TUAS, id est, castigabo te propter omnes abominaciones tuas, convertam in caput tuum omnia peccata tua. Hebraismus est idem significans quod prior; *Judicabo te juxta vias tuas*, ut versu sequenti: *Vias tuas ponam super te*, et cap. 11, 21: *Horum viam in capite suo ponam*.*

Vers. 4. — ET NON PARCEAT OCULUS MEUS, id est, non morebor ullà tui commiseratione, cum te afflicta videro; phrasia Hebraica, ut 4 Reg. 24, 11: *Cogitavi ut occiderem te; sed peperci tibi oculus meus*. Et Deuter. 7, 16: *Devorabis omnes populos, quos Dominus Deus tuus daturus est tibi. Non parcat eis oculus tuus*, et cap. 15, 8: *Non acquiescas ei, nec audias, nec parcat ei oculus tuus, ut miseraris, et occultes eum. ER ADMONITIONES Tuae IN MEDIO Tui ERUNT, id est, apparent bunt ex poena, dabis poenas abominationum tuarum, ita ut ex earum magnitudine, abominationum tuarum magnitudinem perspicere possis. Haec est vis phrasia Hebraica. Significat enim hoc loco, in medio esse, esse manifestum atque conspicuum; quia quod in medio positum est ab omnibus conspici potest, ut Isai. 10, 25: *Consummationem enim et abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terrae*, id est, manifestam omnibus videntibus.*

Vers. 5. — AFLICTIO UNA, perfecta, singularis, qualis nunquam fuit, nec erit, ut R. Salomon et R. David interpretantur, sicut dicit cap. 5, vers. 9: *Et faciam in te, quod non feci, et quibus similia ultra non faciam*. Et Christus de simili re loquens, Math. 24, 21: *Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet*. Ita etiam aliquando Latini loquuntur: dicunt enim, *semel*, pro perfectè, ut Martial. lib. 12, Epigram. 56:

*E grata jam Polycharme semel.*

Simile est illud, 4 Regum, 20, 8: *Perfidiam cum lancea in terra semel, et secundo opus non erit*. Chald.

27. Le roi sera dans les larmes, le prince sera converti de tristesse, et les mains du peuple trembleront de frayeur; je les traiterai selon leurs mérites; je les jugerai selon qu'ils auront jugé les autres; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

dæus Paraphrastes, ut R. David adnotavit, videtur pro *acath*, legisse *acur*, post, propter similitudinem litterarum; vertit enim: *Malum post malum eorum venit*.

Vers. 6. — FINIS VENIT, VESIT FINIS. Excidium, excidium; repetitio, ut ait R. David, mali venturi magnitudinem celebrataeque significat. EYIGLAVTI ADVERSUS TE, id est, cito veniet, quasi summo mane erigilaverit, ut veniret. Jeremias simili phrasi in eandem sententiam usus est, c. 1, 14, 12: *Quid tu vides, Jeremia? et dixi: Virgum vigilantem ego video, et dixit Dominus ad me: Bene videris, quia vigilabo ego super verbo meo, ut faciam illud*. Et Thren. 4, 14: *Vigilavit jugum iniquitatum mearum*, id est, nimis cito venit. Est autem Hebraice hoc in loco elegans *שׂוּפְרָא*, *שׂוּפְרָא*, inter nomen, finis, et verbum vigilavit, quae neque Latine, neque Graece exprimi potest.

Vers. 7. — VENIT CONTRACTIO. Sic legendum, non *contritio*, ut in plerisque, aut *contractio*, ut in nonnullis exemplaribus habetur. Sic enim Hieronymus legit. Vocat autem contractionem, obliuionem Jerosolymitanam, quam Aquila, ut Hieronymus recitat, contemplationem et prospectationem vertit; id est, quod tibi prospiciebas eventurum, venit tibi, quod metuebas, ut dicitur Prov. 4, 26. Theodotio ordinem, contextumque malorum. Chald. Paraphr.: *Revelatum est tibi regnum, id est, venit contra te rex Babylonis, quasi legerit cidarim aut diadema, quod, quia insigne regni est, pro regno poni existimavit*. Eodem sensu R. Salom. et R. David exponunt; sed R. David aliam quoque interpretationem offert. Venit ad te sententia matutina (Dei); significat enim *tesaphar* manè surgere. Ego vagationem, et circuitiorem reddi posse puto. Nam *tesaphar* circuire significat; aut corona, aut cidaris *tespharah* dicta est, quod capiti circumdetur, quasi dicat, veniet cito captivitas tua quae huc illic sine certis sedibus vagetur. Atque hunc esse sensum colligitur ex illo verbo: *Qui habitas in terra, habitator terrae*, id est, qui nunc in Judaea quietus, et securus habitas, vagus eris inter gentes; sunt enim antitheta: *Occisionis et non gloriae montium*, id est, quia die non gloriaris et exultes in montibus, in quibus nunc gloriaris et exultas sacrificiis idolis; sed potius in illis ipsis occidaris; sicut dicit c. 6, 45: *Cum fuerint interfecti vestri in medio idolorum vestrorum in circuitu ararum vestrarum in omni colle excelso*. Hebr., *dies tumultus, et non echo montium*; quod R. David sic interpretatur: Venit dies, quod sonus, qui in montibus audietur, non erit fictus, qualis solus esse echo et montibus resonans; sed erit verus clamor hominum qui ibi interficiuntur. Ego ex aliorum locorum similitudine sic expono: Dies tumultus aut clamoris et non celestis, quasi dicat: non audietur in montibus celestium vindemiantium: sed clamor hominum, qui

occidentur, aut hostium irruentium, et sese ad eadem cohortantium. Hoc enim praedixerat Jeremias de simili re loquens, c. 48, 45: *Nequaquam calcator vine solitum celestium cantabit*. Hebr.: *Celestium non erit celestium*, id est, non erit celestium calcantium uvas, et se ad labore adhortantium, sed erit celestium hostium cohortantium se ad eadem; et cap. 25, 50: *Celestium quasi calcantium concinetur adversus omnes habitatores terrae*, et c. 51, 14: *Juravit Dominus exercituum per animam suam, quia replebo te hominibus quasi bracho, et super te celestium cantabitur*. Chald. et Septuag. alio prorsus sensu.

Vers. 8. — DE PROPTERO, id est, citò, non multò post, ut R. Salomon, et R. David exponunt. Caetera usque ad versum 10 explicata sunt versu 5.

Vers. 10. — EGRESSA EST, id est, à conspectu Dei, CONTRACTIO; sic legendum, ut vers. 7; eadem enim Hebraice dictio est, et eodem modo explicanda. FLORENT VIRGA. Virga hoc loco, ut Hieronymus, et Hebraeorum interpretes observarunt, supplicium significat, ut Psalm. 2, 9: *Reges eos in virgâ ferrèâ*, et Psalm. 88, 35: *Visitabo in virgâ iniquitates eorum*, et 1 Cor. 4, 21: *Nunquid vultis? in virgâ veniam ad vos?* Dicitur autem floruisse, id est, parata esse, citòque ventura, quia postquam arbor floret, statim fructum profert, fructus autem virgae est verberatio. Quam Ezechiel vocat virgam florentem; Jeremias, cap. 4, 11, vocat virgam vigilantem, diversâ metaphora, eodem sensu. Per virgam verò intelligitur Nabuchodonosor, ut Isai. 10, 5: *Vae Assur, virga furoris mei, baculus ipse est: in manu ejus, indignatio mea*. GERMINAVIT SUPERBIA, vestra; quasi dicat, completa est iniquitas vestra; aut, quod magis mihi placet, ut sit repellitio, quemadmodum explicat R. David. Nam quam prius vocavit virgam, nunc vocat superbiam, quia rex Babylonis superbus erat, ut Jerem. 50, 31: *Ecce ego ad te, superbe, dicit Dominus Deus exercituum*. Et quod ante dixit, *floruit*, nunc dicit, *germinavit*. Hunc eundem sensum Chald. Paraphr. expressit, germinavit dominator, apparuit impius.

Vers. 11. — INIQUITAS SUBREXIT IN VIRGA. In virgam, id est: iniquitas eorum exerevit in virgam quâ verberentur, ut R. Salom. et R. David exponunt. Elegans metaphora; comparat iniquitatem radicem, poenam virgæ, quasi dicat: Ex radice iniquitatis ipsorum, nata est virga quâ cedantur. Impietatis virgam appellat, quâ impietas castigatur. Hebr., *in virgam malam*, id est, cadentem, dolorem afferentem. Non ex eis, id est, ita ut nemo ex eis remaneat, ut ait R. David. Et non ex populo, sub., quisquam reliquus sit. Hebr., *et non ex eorum opibus* (quidquam) reliquum erit, ut explicat Kimchi. Neque ex sonitu eorum, id est, ex totâ eorum multitudine. Sonitum aut strepitum vocat multitudinem, populum, plebem, quae propter frequentiam magnum rurorem excitat. Hebr. כִּרְכַר, quod R. David interpretatur, *Non ex illis ipsis*, putatque dictionem esse geminatam, quasi dicat, *non ex illis illis*, id est, neque ex illis, neque ex illorum filiis quisquam remanebit, ut Chaldaeus paraphrastes interpretatur. ET NON ERIT REQUES IN EIS; non sinam eos quiescere,

semper eos affligam. Hebr., *non erit lamentatio inter eos*, id est, tanta erit morientium multitudo, tanta virtutum calamitas, ut vivi mortuos non luceant, ut exponit R. David; sicut apud Jerem. cap. 16, 4: *Non plangentur, et non sepieliantur; in sterquilium super faciem terrae erunt*, et cap. 25, 35: *Et erunt interfecti Domini in die illâ, à summo terrae usque ad summum ejus; non plangentur, et non colligentur, neque sepieliantur*. Noster interpres videtur legisse *רָדַד*, requiem; Septuag. verò *רָדַד*; vertentem enim *אֶפְרַיִם*, pulchritudinem.

Vers. 12. — QUIA IRA SUPER OMNEM POPULUM EJUS, regionis; est enim Hebraice feminini generis, id est, neque emens gaudere debet, quia non longo tempore re empta fruetur; neque vendens lugere, quia etiam si non vendidisset, non diù frui potuisset. Venit enim ira Dei super omnem populum, ac diripiatur. Hebr. potest verti: *Quia ira contra omnem substantiam*, aut contra omnes opes; idem enim nomen est, quod versu precedenti R. David opes significare dixit, sensusque hoc convenit. Reddit enim causam cur neque emens laetari, neque vendens lugere debeat, quia omnes opes et vendentis, et ementis, citò diripiuntur. Hoc scribit Propheta is, qui in Judaea securi sibi esse videbantur; sicut è contrario Jeremias is qui erant in captivitate scribit, cap. 29, 5, 6: *Aedificate domos, et habitate; et plantate hortos, et comedite fructum eorum: accipite uxores et generate filios et filias. Ut significaret longum adhuc restare captivitatis tempus.*

Vers. 15. — NON REVERTETUR. Anno jubilei, quemadmodum lege sancitum erat Levit. 25, quia in captivitate erit. Et ad hoc IN VIVENTES VITA EORUM, id est, quamvis in vivis agant, quamvis adhuc superstitis sint, ut R. David exponit. VISO ENIM, propheta quae ad omnem populum eorum missa est, sed non REVERTETUR, id est, non erit inanis et falsa, sed vera, ut Isai. 55, 11: *Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo; non revertetur ad me vacuum, sed faciet quaecumque volui*. Hebr., *quia visio ad omnes opes*, idem nomen quod vers. 11 et 12, quasi dicat: Propheta quam nunc pronuntiavi de diripiendis opibus, vera erit. Haec interpretatio magis mihi placet, quam illa Hebraeorum et Chaldaei paraphrasis, propheta ad omnem multitudinem missa est, sed non revertetur, id est, non aget penitentiam. ET VIR IN INIQUITATE VITAE SUAE, id est, nemo juvabitur propter iniquitatem vitae suae; nemo divitias suas retinebit, vel, ut explicat Kimchi, unusquisque in iniquitate vitae suae defixus erit, idèd non revertetur, vel, idèd non confortabitur, id est, divitias suas retinere non poterit, aut hostibus resistere; nemo fortis erit contra hostes, ut statim explicatur: *Canite tubâ, et non est qui vadat ad praelium*.

Vers. 14. — CANITE TUBA, id est: Quamvis tubâ canatis, et preparati jam fueritis omnes ad praelium, nemo audibit ad pugnam procedere; ego enim injiciam illis metum propter iniquitates eorum. Nam quomodo persequeretur unus mille, et duo fugarent decem millia? Nonne idèd, quia Deus suos vendidit eos et Dominus conclusit illos? Deut. 32, 50. Hanc esse sensum



constat ex v. 16 : *Et erunt in montibus quasi columbae consilium omnes trepidi*; et ex v. 17 : *Omnes manus dissolventur, et omnia genua fluent aquis*.

VERS. 16. — ET SALVABUNTUR QUI FUGERINT. Hebr., *et liberabuntur liberati eorum*, id est, quos ego praedestinavi liberare. *Reliquiae salvae fient, aut, salvabuntur*, si qui foret ex illis salvi erunt, sicut salvari solent columbae, et aucupem effugere. OMNES TREPIDI. Hebr., *omnes sonantes*, id est, gementes columbarum more, persistit enim in eadem similitudine : UNUSQUISQUE IN INIQUITATE SUA, propter iniquitatem suam, ut v. 13.

VERS. 17. — OMNES MANUS. Frequens Hebraismus, manus dissolvi, pro vehementer timere. Solent enim iis, qui magno metu percipi sunt, manus concidere et quodammodo dissolvi. Isai. cap. 15, 7, et cap. 53, et Jerem. cap. 6, 24, et cap. 58, 4. Idem significat altera phrasid, quae sequitur : *Et omnia genua fluent aquis*, id est, sudabunt, ut aliqui interpretantur, quod ego non proba; nam quamvis metus sudorem eliciat, tamen non elicit ex genibus potius quam ex aliis partibus, quin potius ex fronte. Est ergo *ἰσχυροὶ καὶ πρὸς* honestis enim verbis rem inhonestam designat, fore ut praemetu mingant, vel, ut interpretatur R. David, intellecta particula similitudinis *capit*, et omnia genua tanquam aquae fluent, id est, liquefient, dissolventur, sicut de manibus dixit; quasi dicat, nec manibus pugnare poterunt, neque pedibus fugere.

VERS. 18. — INCIDENTUR SE CILICIS, habitu lugentium, Gones. cap. 57, 54, et 2 Regum cap. 21, 10, et 5 Regum cap. 2, 2, et Jerem. cap. 8. Idem significat quod sequitur : IN OMNI FACIE CONFUSIO, ET IN UNIVER- SIS CAPITIBUS EORUM CALVITIUM. Solebant enim Iudaei imitatione vicinarum gentium in luctu barbam et capillum vellere, aut radere; contra Romani in rebus laetis barbam et capillum tondebant; in luctu dimittebant. Lege Deuter., cap. 14, vers. 1, et Isai. cap. 43, vers. 2, et cap. 22, vers. 12, et Jerem. cap. 47, v. 5 : *Venit calvitium super Gazam, contrivit et Ascalon*; cap. 48, vers. 57 : *Omne enim caput calvitium, et omnis barba rasi erit : in cunctis manibus colligatio, et super omne dorsum cilicium*, et Amos. cap. 8, vers. 10 : *Inducam super omne dorsum vestrum saccum, et super omne caput calvitium*.

VERS. 19. — FORAS. In plateas projicient, ut Sept. transtulerunt, scilicet ut magis expediti fugiant. ET AURUM EORUM IN STERQUILINIUM ERIT. Hebr., *in elongationem erit*, id est, longè projicietur, ut R. David interpretatur, vel in commotionem et transmigrati- onem, id est, diripiatur, transfereturque ab hostibus Babylonem; vel, erit in contemptum, ut Chaldaeus paraphrastes, et Septuag. reddiderunt, id est, contem- netur ab hostibus, ita ut nolint illorum vitæ parere propter auster et argentum. Eundem sensum habet quod dixit nostrum interpres : *In sterquilinum erit*, qui sensus verbis sequentibus magis confirmatur : ARGENTUM EORUM ET AURUM EORUM NON VALEBIT LIBERARE EOS IN DIE FURORIS DOMINI. Eadem sententia apud Sepho- nam cap. 1, 18, et apud Isaiam cap. 15, 12 : *Pretio- rior erit vir auro, et homo mundo obrizo*, id est, nemo

poterit se ab hostibus auro liberare, et vers. 17 : *Ecco ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quaerunt, nec aurum velint; sed sagittis populos interficient, et lactentibus uteri non miserabuntur, et super filios non parcat oculos eorum*. Quod dicit Isaias de Babyloniis, dicit Ezechiel de Iudaeis. QUIA SCANDALUM INIQUITATIS EORUM FACTUM EST. Iniquitatem hoc loco vocat avaritiam, usuram, rapinam, quasi dicat, eorum avaritia erit in scandalum; quia enim aliena rapuerunt, sua perdidit, ut quibus rebus peccaverunt iisdem puniantur; aut, vocat iniquitatem idololatriam : quia enim in ornandis idolis multum auri et argenti posuerant, aurum et argenti sum amiserunt, ut versu sequenti declaratur.

VERS. 20. — IN SUPERBIAM POSUERUNT, id est, in idololatriam, aut in superbum idolorum ornatum, si- cut statim dicit : *IMAGINES ABOMINATIONUM SEARUM, ET SIMILACRORUM FECERUNT EX EO*. Hoc eodem sensu Sept. veterunt, quamvis aliis verbis : *Electa ornamenta in superbiam posuerunt, et imaginationes abominationum fecerunt ex eis*. Videtur alludere ad vitulum aureum quem ex molibus, et ornamentis muliebribus confec- cerunt, Exod. 52. Hebraei legunt, et gloriam decoris ejus in superbiam posuit, quod Jonathas et R. David de templo interpretantur quasi dicat, gloriam ornamenti ejus, id est, templum suum, quod Deus edificari jusserat in superbiam, id est, ut ego Iudaei inter omnes gentes superbi ac gloriosi esse viderentur, illi conver- terent in templum idolorum; hoc est, abominationes suas, et idola sua fecerunt in eo. Similis sententia est supra, cap. 5, vers. 11 : *Vivo ego, dicit Dominus Deus : nisi pro eo, quod sanctum meum violasti in omnibus of- fensionibus tuis, et in cunctis abominationibus tuis, ego quoque confringam, et non parcat oculus meus*. Et Jer., c. 7, v. 50 : *Posuerunt offendicula sua in domo, in qua invocatum est nomen meum. Propter hoc dedi eis illud in immunditiam. Lenidah versu precedenti transtulit sterquilinum. Eodem modo quo illic interpretandum est, in transmigratiorem, ut hostes illud Babylonem transferant, ut statim declaratur : aut, in contemptum, et profanationem, si de templo interpretemur.*

VERS. 22. — AVERTAM FACIEM MEAM AB EIS; à Ju- daeis, id est, deseram eos, non juvabo eos, ut Ps. 12, 4 : *Usquequò, Domine, oblivisceris me in finem? usque- quò avertis faciem tuam à me? ET VIOLABUNT, hostes, ARCANUM MEUM, templum meum, aditum meum. EXIS- SARI, depradatores, latrones, direptores, ut infra, cap. 18, 10 : *Quod : si genuerit filium latronem effunden- tem sanguinem, et fecerit unum de istis; et Jer. 7, 41 : Numquid ergo spelunca latronum facta est domus ista? Chaldaeus, Impii. Sept., sine custodia, id est, nemine custodiente ac residente.**

VERS. 23. — FAC CONCLUSIONEM, id est, concludo in summam omnia mala, quae Jerosolymis impendent, ut Hieronymus explicat. Hebr., *catenam*, ut Jonathas Chaldaeus vertit, et R. Salomon ac R. David interpre- tantur. Catena autem significabat fore ut Iudaei vincili Babylonem ducerentur, quemadmodum Jeremias jussus ad eandem captivitatem designandum facere sibi ca- tenas primum ligneas, c. 27, deinde ferreas, c. 28,

15 : *Quoniam terra plena est iudicio sanguinum, id est, homicidiis, ut Jonathas et R. David interpretantur.*

VERS. 24. — ET ADDUCAM PESSIMOS DE GENTIBUS. Pessimos gentium, id est, gentes pessimas, Chaldaeos qui non parcent cuiquam, ut dictum est supra, v. 19. ET QUI REVERSERE FACIAM SUPERBIAM POTENTIUM, Iudaeo- rum; id est, meum corripiam fortissimos quoque Iudaeorum, ita ut hostibus resistere non possint. ET POSSEDERUNT, hereditabunt, hereditate accipient; sicut paulo ante dixit, et hereditate capient domos eorum. Non ceperunt hereditate, sed vi ac rapina : sed pro- pterea utitur hereditandi verbo, quia Iudaei eam ter- ram hereditate acceperant, quasi dicat : Chaldaei eorum hereditatem accipient. Dicit autem, SANCTUARIA, numero plurali, quia tres partes erant in templo, quarum unaqueque templum appellabatur, adytum, tem- plum, atrium, ut Ps. 67, 56 : *Mirabilis Deus in sanctis suis*, id est, in sanctuariis suis, et Jerem. 51, 5, ut ibi adnotavit R. David.

VERS. 25. — ANGSTIA SUPERVENIENTE. Chaldaeus paraphrastes, R. David, et R. Salomon interpretantur, *precisio venit*, ut apud Isaiam, cap. 58, 12, *precidi, sicut texor, vitam meam*. Septuag. sensu prorsus con- trario, *miser cordia veniet*. REQUIRANT PACEM. Videtur alludere ad verba Iudaeorum, et pseudoprophetarum, qui Jeremia et Ezechiel bellum et captivitatem comminanti- bus, pacem predicabant, Jer. 4, 10, et 6, 14, et 8, 11, quasi dicat, quia pacem contra verbum Dei jactatis, quaeritis eam aliquando, et non invenietis, ut ait Jeremias, c. 14, 19 : *Expectavimus pacem, et non est bonum; et tempus carationis, et ecce turbatio*.

VERS. 26. — CONTURBATIO SUPER CONTURBATIONEM. Chaldaeus paraphrastes, et R. David exponunt : *Contur- batio super conturbationem*. R. Salomon : *Casus super casum*. Sept. : *Vae super vae*; sensus idem, fore ut fre- quentes illis calamitates accidant; aut potius, omne calamitatis genus. Eadem phrasid utitur Livius : *Alia*

## CAPUT VIII.

1. Et factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis, ego sedebam in domo mea, et senes Juda sedebant coram me, et cecidit ibi super me manus Domini Dei.

2. Et vidi, et ecce similitudo quasi aspectus ignis : ab aspectu lumborum ejus, et deorsum, ignis : et à lumbis ejus, et sursum, quasi aspectus splendoris, ut visio electi.

3. Et emissa similitudo mantis apprehendit me in cincinnis capitis mei : et elevavit me spiritus inter terram et caelum, et adduxit me in Jerusalem in visione Dei, juxta ostium interius, quod respiciebat ad aquilonem, ubi erat statutum idolum zeli ad provo- candam amulationem.

4. Et ecce ibi gloria Dei Israel, secundum visio- nem quam videram in campo.

5. Et dixit ad me : Fili hominis, leva oculos tuos ad viam aquilonis. Et levavi oculos meos ad viam aquilonis : et ecce ab aquilone porte altaris, idolum zeli in ipso introitu.

6. Et dixit ad me : Fili hominis, putasne, vides tu s. s. XII.

*super alia*. AUDITUS SUPER AUDITUM, id est, nuntius unius calamitatis super nuntium alterius. Similis locus apud Jeremiam de Babyloniolorum interitu, cap. 10, vers. 76 : *Ne forte mollescat cor vestrum, et timeatis auditum, qui audietur in terra; et veniet in anno auditio, et post hunc annum auditio; et iniquitas in terra, et dominator super dominatorem*. ET QUERENT VISIONEM DE PROPHETA, id est, prophetiam, quâ se consolerunt; ac si dicat, non invenient ullum prophetam, qui sibi pro- spera predicat. Querere hoc loco, *וַיִּשְׁאָל*, significat idem quod Latine requirere, aut desiderare. Idem enim est querere prophetiam à propheta, quod non esse prophetiam in propheta; sicut de lege et consilio clarius dixit : *Et lex peribit à sacerdotibus, et consilium à senioribus*. Valdè castigat populum suum Deus, cum illi prophetas, sacerdotes, doctores, senes tollit; aut si non tollit, excæcat, ut Isai., cap. 5, 1, 2 : *Ecce Dominator Dominus auferet à Jerusalem et à Juda, judi- cem, et prophetam, et ariolum et senem; et cap. 28, 7 : Sacerdos et propheta nescierunt pro ebrietate, absorpti sunt à vino, erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt iudicium; et cap. 56, 10 : Speculatores ejus caeci omnes, nescierunt universi; canes muti, non valentes latrare, videntes vana; dormientes, et amantes somnia*. Similes sententiae frequentes sunt apud Jeremiam. Quod Ezechiel futurum praesentat, Daniel factum queritur, cap. 5, vers. 58 : *Non est in tempore hoc princeps, et dux, et propheta; neque holocaustum, neque sacrificium, et ariolum, et senem*.

VERS. 27. — REX LEGEBIT; Hebr., *luctu conficietur*. IDEMETUR MORORE, stupore; idem dicit aliis verbis. ET MANUS POPULI. Fecit mentionem regis, principum, et populi, ut omne genus hominum comprehenderet; quasi dicat, omnes homines lugebunt, omnes obstu- pescent, omnes exanimabuntur pro timore. SECUNDUM VIAM EORUM, id est, pro eorum meritis, ut supra vers. 5 : *Judicabo te juxta vias tuas*. Vide vers. 4, 8, 9.

## CHAPITRE VIII.

1. Le cinquième jour du sixième mois de la sixième année, comme j'étais assis dans ma maison, et que les anciens de Juda étaient assis avec moi au même lieu, la main du Seigneur Dieu tomba tout d'un coup sur moi.

2. Et j'eus cette vision : Quelqu'un me parut comme un feu ardent; depuis les reins jusqu'en bas, ce n'était qu'une flamme; et depuis les reins jusqu'en haut, il rayonnait un airain mêlé d'or, étincelant de lumière.

3. Et une main vint me prendre par les cheveux de ma tête; et l'esprit du Seigneur m'éleva entre le ciel et la terre, et m'amena à Jérusalem, dans une vision de Dieu, près de la porte intérieure que regardait ad aquilonem, où était placée l'idole de jalousie, pour provoquer le Dieu jaloux.

4. Je vis paraître en ce même lieu la gloire du Dieu d'Israël, selon la vision que j'avais eue dans le champ.

5. Et il me dit : Fils de l'homme, lève les yeux du côté de l'aquilon. Et ayant levé les yeux de ce côté-là, je vis du côté de l'aquilon de la porte de l'autel cette idole de jalousie qui était à l'entrée.

6. Il me dit ensuite : Fils de l'homme, voyez-vous



quid isti faciunt, abominations magnas quas domus Israel fecit hic, ut proval recedam à sanctuario meo? et adhuc conversus videbis abominations majores.

7. Et introduxit me ad ostium atrii: et vidi, et ecce foramen unum in pariete.

8. Et dixit ad me: Fili hominis, fode parietem. Et cum fodissem parietem, apparuit ostium unum.

9. Et dixit ad me: Ingredere, et vide abominations pessimas quas isti faciunt hic.

10. Et ingressus vidi, et ecce omnis similitudo reptilium et animalium, abominatio, et universa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum.

11. Et septuaginta viri de senioribus domus Israel, et Jezonias filius Saphan stabat in medio eorum, stantium ante picturas: et unusquisque habebat turribulum in manu sua, et vapor nebulae de thure consurgebat.

12. Et dixit ad me: Certè vides, fili hominis, quas abominations domus Israel faciunt in tenebris, unusquisque in abscondito cubiculi sui: dicunt enim: Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram.

13. Et dixit ad me: Adhuc conversus videbis abominations majores, quas isti faciunt.

14. Et introduxit me per ostium portae domus Domini, quod respiciat ad aquilonem: et ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem.

15. Et dixit ad me: Certè vidisti, fili hominis: adhuc conversus videbis abominations majores his.

16. Et introduxit me in atrium domus Domini interioris: et ecce in ostio templi Domini inter vestibulum et altare, quasi viginti quinque viri, dorsa habentes contra templum Domini, et facies ad orientem: et adorabant ad ortum solis.

17. Et dixit ad me: Certè vidisti, fili hominis: numquid leve est hoc domui Juda, ut facerent abominations istas, quas fecerunt hic: quia replentes terram iniquitate, conversi sunt ad irritandum me? et ecce applicant ramum ad nares suas.

18. Ergo et ego faciam in furore: non parceri oculus meus, nec miserebor: et cum clamaverint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — IN ANNO SEXTO, captivitas Joachin, ut Hebraei omnes interpretantur. Cooperat Ezechiel anno quinto captivitas Joachin, mense quarto, die quinta mensis, gloriam Dei videre, ut cap. 1, vers. 1 et 2, dixit. Jussus est eodem tempore in latum sinistrum trecentos nonaginta dies, in dextrum quadraginta cubare, qui sunt quadringenti triginta, cap. 4, 4, 6. Quo tempore propheta se domi quasi in carcere injectis vinculis tenuit, ut dictum est cap. 4, vers. 8. Hoc igitur spatio temporis nihil vaticinatus est: sed quae postea vaticinatus erat, quasi per somnium et quietem illi revelabantur. Nunc satis jam ductus educitur à schola, ut quae à Deo didicit, homines doceat. Sed prius Jerosolymam ducitur, ut futurorum malorum

et quae font ceux-ci? Voyez-vous les grandes abominations que la maison d'Israël fait en ce lieu, pour m'obliger à me retirer de mon sanctuaire? Et quand vous vous retourneriez d'un autre côté, vous verrez des abominations encore plus grandes.

7. Et m'ayant conduit à l'entrée du parvis, je vis qu'il y avait un trou à la muraille;

8. Et il me dit: Fils de l'homme, percez la muraille. Et quand j'eus percé la muraille, il parut une porte.

9. Et il me dit: Entrez, et voyez les effroyables abominations que ces gens font en ce lieu.

10. Et j'entrai, et en même temps je vis des images de toutes sortes de reptiles et d'animaux, et l'abomination de la maison d'Israël; et toutes ces idoles étaient peintes sur la muraille tout autour;

11. Et soixante-dix des anciens de la maison d'Israël étaient debout devant ces peintures: et Jezonias, fils de Saphan, était au milieu d'eux. Chacun d'eux avait un encensoir à la main, et la fumée de l'encens qui en sortait s'élevait en nuage.

12. Et il me dit: Certes, vous voyez, fils de l'homme, ce que les anciens de la maison d'Israël font dans les ténèbres, ce que chacun d'eux fait dans le secret de sa chambre; car ils disent: Le Seigneur ne nous voit point; le Seigneur a abandonné la terre.

13. Alors il me dit: Si vous vous tournez d'un autre côté, vous verrez des abominations encore plus grandes, que font ceux-ci;

14. Et m'ayant mené à l'entrée de la porte de la maison du Seigneur, qui regarde du côté du septentrion, je vis des femmes qui étaient assises en ce lieu, et qui pleuraient Adonis;

15. Et il me dit: Certes, vous voyez, fils de l'homme, ce qu'elles font; et si vous allez encore d'un autre côté, vous verrez des abominations encore plus grandes.

16. Et m'ayant fait entrer dans le parvis intérieur de la maison du Seigneur, je vis devant la porte du temple du Seigneur, entre le vestibule et l'autel, environ vingt-cinq hommes qui tournaient le dos au temple du Seigneur, et dont le visage regardait l'orient; et ils adoraient le soleil levant;

17. Et il me dit: Certes vous voyez, fils de l'homme, ce qu'ils font; est-ce peu à la maison de Juda d'avoir fait les abominations qu'ils ont faites en ce lieu, d'avoir rempli la terre d'iniquité, et de s'être appliqués à irriter mon indignation contre eux? Et vous voyez comme ils approchent de leurs narines un rameau.

18. C'est pour cela aussi que je les traiterai dans ma fureur; mon oeil les verra sans être fléchi; je ne serai point touché de compassion; et lorsqu'ils crieront vers moi à haute voix, je ne les écouterai point.

causas videat. Omnia spiritu prophético facta intelligendum est. Ex quo colligitur, quod auctor Sider-Olam, et R. David observarunt, annum sextum, de quo hic loquitur Ezechiel, jam fuisse transactum, et duos menses septimi, quia quadringenti triginta dies quibus domi cubaverat, unum annum et duos menses efficiunt. IN SEXTO MENSE. Is est noster augustus; mensis enim martio annum inchoabant, Exod. 12, 2. CECIDIT SUPER ME MANUS DOMINI, id est, ostensa mihi est terribilis et admirabilis visio, ut statim explicat vers. sequenti. Manus enim Domini erat gloria illa, quam vidit; vide quae de eà re supra adnotavimus, cap. 1, 5.

VERS. 2. — QUASI ASPECTUS IGNIS. Quemadmodum vidit, cap. 1, vers. 27, illic explicatio peti potest.

ET VISIO ELECTRI, id est, figura et similitudo hominis colore electrice, ut cap. 1, vers. 4 et 27; vide quae illis duobus locis diximus.

VERS. 5. — ET EMISSA SIMILITUDO. Hebr.: et misit (homo ille electricus quem videram) similitudinem manuum, id est, visus mihi est manum porrigere, meque per crines apprehendere, et transferre in Jerusalem. Vocat similitudinem manuum, quia non erat vera manus, sed figura. IN VISIOE DEI, Hebr., in visionibus Dei, id est, magnis, admirabilibus; vocat visiones, quia multas res vidit, ut adnotavimus, cap. 1, 1, ex R. Mose, lib. 3, More, cap. 6. Visiones autem Dei magnas et admirabiles appellat usitatè Hebraeorum phrasit, ut montes Dei, Psal. 55, 7, cedros Dei, Psal. 79, 11. Adnotat hoc loco R. David propterea dixisse: Apprehendit me in cincinno capitis mei, ut futuram captivitatem designaret: solent enim rei criminibus apprehendi, et in carcerem duci. Juxta ostium interioris. Hebr., ad ostium portae interioris (sub, atrii templi); hoc R. David intelligendum esse putat. Atrium enim vocabatur interior, non porta, 3 Reg. 6, 56: Et edificavit atrium interioris tribus ordinibus lapidum politorum, et uno ordine lignorum cedri. Dicebatur atrium interioris, illud in quod sacerdotes conveniebant, et ubi erat altare holocausti, comparatione exterioris atrii, in quod populus introibat, quod basilica grandis appellabatur, 2 Paral. 4, 9, et porticus Salomonis, act. 5, 11, et 5, 12. QUOD RESPICEBAT AD AQUILONEM; quod ostium. Nam versus quatuor ventos, quatuor erant portae, aut ostia, ut ait R. David. IDEUM IEL, id est, excitans Deum ad zelotipiam, sicut adulter maritum excitare solet; sicut statim declarat, dicens, ad provocandam emulationem.

VERS. 4. — QUAM VIDERAM IN CAMPO. Similis illi quam videram, cum Deus me in campum eduxisset, cap. 5, 22.

VERS. 5. — AD AQUILONEM PORTAE ALTARIS. Ab aquilone ad portam, aut juxta portam altaris. Putat R. David, quem nulli recentiores interpretes secuti sunt, in atrio ipso populi structum fuisse altare idolo Baal, ad quod porta illa septentrionalis respiciebat; ideoque portam altaris appellatam. Sed quia hi nihili sine ratione videntur divinare, malo cum nostris auctoribus dicere, portam altaris vocari, portam atrii interioris, ubi erat altare. Septuaginta verterunt: Ad portam orientalem altaris. Itaque pro mense videntur legisse mense.

VERS. 6. — PUTASNE, VIDES TU? An vides? quasi dicat, putasne te omnes Israel abominations videre? non ita est: plures enim majoresque videbis. Ut procul recedam. Hebr. ad recedendum, itaque potest vel ad Judeos, vel ad Deum referri. Sept. ad Judeos retulerunt: Ut abstineant ipsi à sanetis meis, id est, ut convertant sanctuarium in idolum. Melius noster interpretes, et Chaldaeus paraphrastes, et R. David et R. Salomon ad Deum retulerunt, ut ego recedam à sanctuario meo, id est, ut deseram templum mihi dicatum, ut me de templo meo ejiciam introducto Baal.

VERS. 7. — AD OSTIUM ATRII, sub. interioris, ut R. Salomon et R. David exponunt. Prius enim adduxerat illum juxta ostium atrii interioris, ut dixit, vers. 5, sed adhuc erat in atrio exteriori: nunc autem introduxit in ipsum ostium ejusdem atrii interioris.

VERS. 11. — ET VAPOR NEBULAE. Sensus idem, sed verba hebraica sunt, et densitas nebulae de thuribulo ascendebat; Chald., et columna nebulae.

VERS. 12. — CERTÈ VIDES. Hebr., an vides? vidistine? Unusquisque in abscondito cubiculi sui; sicut locus ille absconditus erat. Hoc enim, locus ille in pariete abditus, significabat Judeos extrinsecus Deum colere; intrinsecus et in occulto idola. Non enim necesse est ut dicamus et illud foramen, et illas animalium imagines in pariete pictas fuisse: sed haec omnia Ezechiel per prophetiam spiritum fuisse demonstrata ut intelligeret quod Judaei facerent. Propterea autem in templo demonstrata sunt, ut significaretur cum cultu Dei, qui per templum intelligitur, cultum idolorum occulte miscuisse, quamquam et in ipso templo idola fuisse legitimus, ut supra, cap. 5, 11, et Jerem. cap. 7, 50 et 52, 54, manifestum est. IN ABSCONDITO CUBICULI sui. Hebr., in penetralibus picturae suae, id est, in cubiculis suis egregie pictis, atque ornatis; aut quod mihi magis placet, in cubiculis pictis imaginibus idolorum, plenis idolorum picturis. Non videt Dominus, id est, perinde facit, ac si putarent Deum non videre. Reddit causam, cur in tenebris, et in occultis locis idola colerent, quia quodammodo putabant in tenebris et penetralibus Deum non videre, neque animadvertent quod David dicit Psal. 138, 12: Tenebrae non obscurabunt à te, et non sicut dies illuminebit: sicut tenebrae ejus, ita et lumen ejus. Solent impii de divina providentiâ saepe dubitare, ut Psal. 72, 11: Et dixerunt: Quomodo scit Deus, et si est scientia in excelso? et Job, 22, 14: Nubes latibulum ejus, nec nostra considerat, et circa cardines caeli perambulabat.

VERS. 14. — INTRODUXIT ME, iterum, aut, duxit me ad portam templi aquilonarem, id est, ad portam atrii exterioris, quae respiciebat ad aquilonem. PLANGENTES ADONIDEM. Cogimur hoc loco praeter consuetudinem nostram Hebraeorum fabulas recitare, quia ex illis hujus loci sententia quodammodo dependet. Scribit R. Moses Ben Maimon in More se legisse in libro de Cultu antiquorum fuisse prophetam quemdam idololatram nomine Thamuz, qui cum regi eundem persuasisset, ut faceret septem stellas, et duodecim signa, ab eo interceptus est. Ob cuius mortem cum congregata fuissent omnium idolorum statuae ab ultimis usque terris in templum Babel ad auream imaginem Solis, quae inter caelum et terram suspensa erat; ea in medio templi cecidit. Omnes autem imagines, quae congregatae fuerant, stetit memorantur tota nocte flentes in circuitu ejus, altero autem die lucecente avolvissse inde in sua templa. Inde consentudinem natam ut anniversario mortis ejus die mulieres illum deflerent. Alii tradunt, ut R. David in lib. Ibad,



et R. Salom., in comment. in hunc locum, Thamuz fuisse idolum quoddam, oculis plumbeis, et intus concavum, quod cum infernè succenderetur liquefacto oculorum plumbo fere videretur, idèque mulieres simul flere consuevisse. Creditur autem fuisse Adonidis simulacrum Veneris amasi.

VERS. 16. — IN ATRIUM DOMUS DOMINI. Iterum, nam jam ante introduxerat vers. 5, et iterum vers. 14, aut ad aliam partem ejusdem atrii interioris, nempe inter vestibulum et altare, ubi solebant sacerdotes esse, Joel. 2, 17. *Inter vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri Domini.* QUASI VIGINTI QUINQUE, id est, circiter viginti quinque, aut, quod mihi magis placet, similitudo viginti quinque virorum; non enim verò homines vidit, sed figuram. CONTRA TEMPLEM DOMINI, contra sancta sanctorum, aut, contra altare holocausti. Hoc enim vocat hoc loco templum Domini, quia sacratissima templi pars erat. Solebant gentes orientem solem adorare. Ejus erroris vitandi causâ sanctum sanctorum ad Occidentem positum erat. Quod ergo viginti quinque viri dorsa habebant ad sancta sanctorum, significat Judæos relicto vero Deo, qui in sancto sanctorum habitabat, ad colendum solem, dicitur idolâ sese convertisse, quod claritus Deus dicit apud Jerem. cap. 2, 27: *Dicentes ligno, Pater meus es tu; et lapidi, Tu me genuisti; verterunt ad me tergum, et non faciem; et cap. 52, 55: Verterunt ad me terga, et non facies; cum docerem eos ditu cultu, et erudirem.* Quod autem dicit, *viginti quinque, numerum certum pro incerto poni puto, quasi dicat, ferè omnes.*

VERS. 17. — CONVERSI SUNT, id est, obverterunt mihi terga, sicut paucò ante dixit. Alii: *Conversi sunt, id est, addiderunt majora etiam scelera, ut me irritarent.* Hoc enim phrasim Hebraicâ sæpè significat, ut versu 15 et 15: *Conversus videbis abominaciones majores, id est, iterum videbis majora peccata, quasi dicat: Non contenti terram iniquitate rapinisque re-*

## CAPUT IX.

1. Et clamavit in auribus meis voce magnâ, dicens: Appropinquaverunt visitationes urbis, et uniuscuiusque vas interfectionis habet in manu sua.

2. Et ecce sex viri veniebant de viâ porte superioris, quæ respicit ad aquilonem, et uniuscuiusque vas interfectiois erat in eis: et atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis.

3. Et gloria Domini Israel assumpta est de cherub quæ erat super eum ad limen domus: et vocavit virum qui indutus erat lineis, et atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis.

4. Et dixit Dominus ad eum: Transi per mediam civitatem in medio Jerusalem: et signa thau super frontes virorum gementium, et dolentium super cunctis abominacionibus quæ fiunt in medio ejus.

5. Et illis dixit, audiente me: Transite per civitatem sequentes eum, et percute: non parcat oculus vester, neque miseremini.

plevisse, iterum me novo impietatis genere irritaverunt, nempe: ECCE APPLICANT RAMUM AD NARES SUAS. Sic Hieronymus veritè Theodotionem secutus. Quorum verborum sensum esse putat: Ecce ipsi adorant idola; quasi mos idololatrarum fuerit, ut ramo idola tangentes, mox ad nares in signum adorationis applicarent; sicut Job gloriatur, cap. 51, 26, 27, quòd non osculatus fuerit manum suam, cum solem et lunam videret. Sept. *Ecce ipsi extendunt ramum quasi subsannantes, id est, adorant idola irridentes me.* Symmachus, ut Hieronymus, ait: *Ecce ipsi sedum rancumque sonitum è naribus mittunt, id est, irritant me.* Chaldaeus: *Adducunt confusione ad faciem suam, id est, faciunt ea, unde aliquando erubescant;* R. Salom. et R. David dicunt dictionem Hebraicam factorem significare. Addit R. David, *ad nares suas, dictum esse, pro ad nares meas.* Hanc enim esse unam ex duodeviginti dictionibus, quas scribere consilio in sacris literis mutaverunt. Honestatis enim causâ noluisse scribere, *ad nares meas; sed ad nares eorum; sensumque esse: Verterunt ad me terga, quasi in nares meas oppedentes.* Qui sensus optimè convenit; et si verum esset, quod illi tradunt, legendum esse, *et aphi, pro, et aphan.* Sed quia id incertum est, solique rabbinorum fide nititur, quæ minima est, alius querendus est sensus. Sic ergo possumus interpretari: Admovent factorem malum ad nares suas, id est, *latantur, cum malè fecerint, et exultant in rebus pessimis;* ut dicitur, Proverb. 2, 14, sicut facere solent in qui, cum stercus aut aliquid aliud fetidum tetigerint, manum ad nares admovent, quasi fetore illo delocentur.

VERS. 18. — ET EGO FACIAM, illis, ut agam cum illis severè pro eorum meritis; furorem opponit misericordiae et iudicio, ut Jerem. 10, 24: *Corripie me, Domine, verumtamen in iudicio, et non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Non parcat oculus meus.* Hanc phrasim supra explicavimus, cap. 7, vers. 4 et 9.

## CHAPITRE IX.

1. Il cria ensuite devant moi avec une voix forte, et me dit: Ceux qui doivent visiter la ville sont proches; et chacun d'eux tient en sa main un instrument de mort.

2. Et voilà, six hommes venaient du côté de la porte supérieure qui regarde le septentrion, ayant chacun à la main un instrument de mort; il y en avait aussi un au milieu d'eux qui était revêtu d'une robe de fin lin, et qui avait une écriture sur les reins; et étant entrés, ils se tinrent près de l'autel d'airain;

3. Et la gloire du Dieu d'Israël s'éleva de dessus le cherubin où elle était, et vint à l'entrée du temple, et elle appela celui qui était revêtu d'une robe de fin lin, et qui avait une écriture sur les reins;

4. Et le Seigneur lui dit: Passez au travers de la ville, au milieu de Jérusalem, et marquez un thau sur le front des hommes qui gémissent, et qui sont dans la douleur de voir toutes les abominations qui se font au milieu d'elle.

5. Et j'entendis ce qu'il disait aux autres: Suivez-le, et passez au travers de la ville; et frappez, que votre œil ne se laisse point fléchir, et ne soyez touchés d'aucune compassion.

6. Senem, adolescentulum et virginem, parvulum et mulieres, interfecit usque ad intermicionem: omnem autem, super quem videritis thau, ne occidatis: et à sanctuario meo incipite. Cooperunt ergo à viris senioribus, qui erant ante faciem domus.

7. Et dixit ad eos: Contaminate domum, et implete atria interfectis: egredimini. Et egressi sunt, et percutebant eos qui erant in civitate.

8. Et cæde completâ, remansi ego: ruique super faciem meam, et clamans aio: Heu, heu, heu, Domine Deus: ergone disperdes omnes reliquias Israel, effundens furorem tuum super Jerusalem?

9. Et dixit ad me: Iniquitas domus Israel et Juda magna est nimis valde, et repleta est terra sanguinibus, et civitas repleta est aversione: dixerunt enim: Dereliquit Dominus terram, et Dominus non videt.

10. Igitur et meus non parcat oculus, neque miserereb: viam eorum super caput eorum reddam.

11. Et ecce vir qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in dorso suo, respondit verbum, dicens: Feci sicut precepisti mihi.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ET CLAMAVIT. DEUS, aut angelus. Hebraicè potest habere vim verbi impersonalis. Clamatum est, aut clamavit aliquis voce magnâ. IN AURIBUS MEIS, me audiente. APPROPINQUAVERT VISITATIONES URBS, id est, supplicia, et poenæ. Visitationes vocat sex illos viros, de quibus loquitur versu sequenti; ac si dicat, propè sunt jam hostes, qui urbem eversuri sunt. Heb. aliqui vertunt: *Appropinquaverunt profecti urbis, id est, hostes, qui urbi præhendi sunt;* ita Chaldaeus. Alii: *Appropinquarunt visitatores urbis.* Alii: *Viri visitationum.* Septuag. videntur singulari numero legisse, verterunt enim: *Appropinquavit vindicta urbis.* Melius noster interpres: *Et uniuscuiusque.* Hebraismus pro: *In quorum uniuscuiusque manu, vas interfectionis.* Dixerat: *Appropinquaverunt visitationes;* et nunc dicit, *uniuscuiusque.* Quia non verba, sed sensum respexerat, visitationes autem appellaverat, homines visitantes. VAS INTERFECTIONIS, gladium, aut malicium; vas vocat omne bellicum instrumentum, sicut et Latine, ut Psalm. 7, 14: *Et in eo paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.* Quæ Jerem. cap. 21, 4, et cap. 51, 20: *Vasa belli, vocat.* Quod appellat hic *vas interfectionis suæ,* appellat versu sequenti *vas maliciæ sui,* ut Hebræi interpretantur.

VERS. 2. — SEX VIRI VENIEBANT. Jerem. cap. 59, 3, scribit sex principes dices Nabuchodonosoris Jerosolymitanam urbem occupasse: Neregel, Sereser, Semegar-nabuthar-sachim, Rapsares, Neregel, Sereser. Quos igitur Jeremias illic venisse narrat, hic Ezechiel venturos prædicit. DE VIA PORTÆ SUPERIORIS. Ea erat inter orientem et septentrionem, ut Hebræorum magistri tradiderunt. Dicitur superior comparatione septentrionalis. Dicitur ad aquilonem respicere, quia magis vergebat ad aquilonem. Fecit autem ejus portam mentionem, quia eæ hostes venturi erant. Ab aquilone

6. Vieillards, jeunes hommes, vierges, femmes et enfants, frappez à mort tous, sans qu'aucun échappe; mais ne tuez aucun de ceux sur le front desquels vous verrez le thau écrit; et commencez par mon sanctuaire. Ils commencent donc le carnage par les plus anciens qui étaient devant le temple;

7. Et il leur dit: Profanez le temple, et remplissez le parvis de corps tout sanglants; sortez! Et ils sortirent, et ils frappèrent ceux qui étaient dans la ville;

8. Et après qu'ils eurent fait tout ce carnage, je restai là; et m'étant jeté le visage contre terre, je dis en criant: Hélas! hélas! hélas! Seigneur Dieu! perdrez-vous donc ainsi tout ce qui reste d'Israël, en répandant votre fureur sur Jérusalem?

9. Et il me dit: L'iniquité de la maison d'Israël et de la maison de Juda est dans le dernier excès; la terre est toute couverte de sang; la ville est remplie de gens qui m'ont quitté, parce qu'ils ont dit: Le Seigneur a abandonné la terre; le Seigneur ne voit point.

10. C'est pourquoi mon œil ne se laissera point fléchir; je ne serai point touché de compassion; et je ferai tomber sur leurs têtes les maux qui ils méritent.

11. Alors celui qui était vêtu d'une robe de fin lin, et qui avait une écriture pendue sur les reins, dit ces mots: J'ai fait ce que vous m'avez commandé.

enim pendendum erat omne malum, Jerem. 1, 14, et cap. 4, 6, et c. 6, 1, et cap. 15, 12. Vix quoque vixit. Hunc angelum fuisse credendum est, ut et vestitus candidis et officium signandi eos qui liberandi essent, ostendit. Sicut enim angeli administratori spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis, ut ait D. Paul. ad Hebræos 1, 14. In Apocalypsi quoque Joannis, cap. 7, 3, 4, angelus unus signat in fronte prædestinatos. ET ATRAMENTARIUM SCRIPTORIS. Ad signandos eos, qui liberandi erant. Itaque melius Hieronymus atramentarium vertit, quàm nonnulli etiam Hebræi, tabulas; et quàm Septuaginta, zonam saphirinam, quàmque alii aliter, ut idem Hieronymus refert.

VERS. 3. — ET GLORIA DOMINI. Ferè omnes et Hebraei et nostri Chaldaei secuti paraphrasem gloriam Domini vocari putant, quæ in templo super duo Cherubim, qui propitiatorium tegebant, habitare dicebatur. Psalm. 79, 2, et 98, 1: *Qui sedes super Cherubim.* Interpretatur ergo discessisse à Cherubim, id est, à propitiatorio; poni enim singulare pro plurali, et in limine domus, id est, templi, aut sanctuarii constitisse, quasi ex templo discessura. Hæc res significatum fore ut Deus templum derelinquat. Alii gloriam Domini vocari putant eam imaginem electricam, quam Ezechiel in quadrigâ Cherubinorum viderat, cap. 4, 15, et 2, 1, et 5, 25. Ab eâ enim gloriâ Dei propheta cincinno capitis usque ad templum Jerosolymitanum translatus fuerat: eamque nunc dicit à Cherubim, quibus insidebat, discessisse, ut indicaretur Deum à propitiatorio discessurum. Hæc mihi interpretatio non displicet. Nam capite insequenti eadem gloria Domini jussit virum, qui lineis indutus erat, ingredi sub rotas, et prunis manum implere.

VERS. 4. — ET DIXIT DOMINUS. Dominum vocat quem



paub ante gloriam Domini vocaverat. SIGNA THAU. Omnes ferè Hebræi, ut refert R. David, interpretantur, signa signum. Quin etiam Sept., Aquila, et Symmachus ita verterunt, quasi non jubeat certam in frontibus notam ponere; sed signum aliquid quod velit. Alii etiam Hebræi thau postremam alphabeti litteram interpretantur. Quam litteram alii significare putant rices. Alii, perfectionem, id est, perfectus et innocens est, ut refert R. David. Alii, legem, ut recitat Hieronymus, ut hoc signum acciperent qui legis præcepta compleverant. Nostri omnes interpretes thau litteram fuisse putant, ut et Chaldeus paraphrastes reddidit; et crucem Christi significasse. Quia, ut Hieronymus ait, antiqua ejus littera apud Hebræos figura cruci similis erat. Quod utrumque multo est probabilius, quia quoties Deus in re simili signum aliquid dedit; certum signum dedit, quod non solum eam liberationem que tunc, sed eam etiam que multo post per Christum futura erat, significaret. Qualis fuit sanguis agni, quo Hebræorum postes in Ægypto liti sunt, Exod. 12, 7. Qualis funiculus coccineus ad domum Rahab meretricis appensus, Josue 2, 18. Uterque enim sanguinem Christi significabat. Illic ergo thau epucem significat. GEMENTIUM ET DOLENTIUM, id est, qui non solum malis, ut ait Hieronymus, non consenserunt operibus; sed et aliena planxere peccata. Sic David, *Tubescere me fecit zelus meus, quia oblitus sum verba tua inimici mei*, Psal. 18, vers. 159. Sic D. Paul. 2 Cor. 11, 29: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror?* Sic 2 Cor. 12, 21, timet me, cum venerit, lugeat multos qui peccaverunt et non egerunt penitentiam.

VERS. 5. — ET ILLIS DIXIT. SEX VIRIS, quorum unus quisque vas interfectionis habebat in manu sua, ut dixit vers. 4.

VERS. 6. — A SANCTUARIO MEO INCIPITE; id est, à sacerdotibus et Levitis, qui in templo meo versantur; hinc enim gravius peccaverunt. Sic 1 Petri 4, 17: *Tempus est ut incipiat iudicium à domo Dei.* A VIRIS SENIORIBUS, QUI ERANT ANTE FACIEM DOMUS. Ab illis viginti quinque viris qui erant in ostio templi inter vestibulum et altare habentes dora contra templum Domini, et facies ad Orientem, ut dixit cap. 8, vers. 16.

VERS. 7. — ET DIXIT. DOMINUS, ut versu 4. AD EOS, SEX VIROS. CONTAMINATE DOMUM, id est, implete templum cadaveribus interfectorum, ut statim explicat; atria autem dicit numero plurali, quia aliud erat interior, aliud exterior; et rursum atrium virorum, et

## CAPUT X.

1. Et vidi, et ecce in firmamento, quod erat super caput cherubim, quasi lapis sapphirus, quasi species similitudinis solii, apparuit super ea.

2. Et dixit ad virum qui indutus erat lineis, et ait: Ingredere in medio rotarum, que sunt sub cherubim, et imple manum tuam prunis ignis, que sunt inter cherubim, et effunde super civitatem. Ingressusque est in conspectu meo.

3. Cherubim autem stabant à dextris domus, cum ingredere vir: et nubes implevit atrium interioris.

atrium mulierum, ut notat R. David. EGRESSUM. Subintelligendum est, et implerent, et postea dixit illis, *egredimini.* ET EGRESSI SUNT, ET PERCUSSERUNT EOS, QUI ERANT IN CIVITATE. Ipsa figura orationis concisa significat eos summâ celeritate Dei sententiam executos esse, dictumque factum fuisse.

VERS. 8. — REMANSI EGO. Hoc Septag. non habent, aut quia ipsi non transulerunt; aut, ut Hieronymus putat, quia de eorum versione sublatum est, quod ei sententia contrarium esse videretur, quâ jusserat Deus, ne qui signati essent, cederentur. Sed non dicit se solum remansisse; et si diceret, ex ejus opinione intelligi deberet quod alios qui remanserant, non videret, se autem videret. Sicut Elias solum se remansisse dixit, quia alia septem millia virorum ignorabat, 3 Regum 19, 10, 18. HEU, HEU, HEU! Hebr. : una dictio, *alah.* Quam noster interpres solet vertere A, A, A, ut supra cap. 4, 14, et infra cap. 20, 49, et Jerem. 1, 6, et 14, 15. OMNES RELIQUAS, id est, etiam paucos illos quos ut reliqui fierent, signare jussisti; putat enim propheta omnes interisse; promiserat autem Deus se consumptionem non esse facturum, Jerem. 4, 25, et 5, 10. EFFUNDENS, id est, nihil retinens de furore tuo; sed totum effundens, ut omnem populum deleas, ut Psal. 68, 25: *Effunde super eos iram tuam*, et Psal. 78, 6: *Effunde iram tuam in gentes que te non noverunt.*

VERS. 9. — SANGUINIBUS, homicidiis, ut supra cap. 7, 25, sic interpretatur Chaldeus. AVERSIONE, rebellionem à me. Hebr. כבוד. Chaldeus Paraphrastes et R. Salom. perversitatem iudicii reddidit. R. David rapinam interpretatur; propterea autem de iudicii perversitate mentionem fieri putat, quia agitur de Jerusalem, ubi sedes iudicii erat, ad quam omnis Juda et Israel concurrebant. DERELIQUIT DOMINUS TERRAM, id est, non curat res humanas, ut supra cap. 8, 12.

VERS. 10. — IGITUR ET MEVS NON PARCET OCULIS, ut supra cap. 8, 18, et cap. 7, 4, 9; illic phrasim exposuimus. VIAM EORUM SUPER CAPUT EORUM REDDAM; id est, dignas de illis penas summam, iudicabo eos secundum vias suas, ut dixit cap. 7, 5, 8, vias eorum imponam super eos, ut c. 7, 4, 9, faciam eis secundum vias eorum, cap. 7, 27; similis phrasim infra, cap. 11, 21, et cap. 16, 45, et cap. 22, 51.

VERS. 11. — IN DORSO SVO, in lumbis suis, ut supra, vers. 2 et 5. SICUT PRÆCEPISTI MIHI, id est, posui signum thau, in frontibus gementium et dolentium, ut vers. 4, illi præceperat.

## CHAPITRE X.

1. J'eus encore une vision. Il parut dans le firmament qui était sur la tête des cherubins, comme une pierre de saphir, qui avait la figure d'un trône.

2. Et il dit à l'homme vêtu d'une robe de lin: allez au milieu des roues qui sont sous les cherubins; prenez plein vos deux mains des charbons de feu qui sont entre les cherubins; et répandez-les sur la ville. Et il s'en alla devant moi.

5. Les cherubins étaient au côté droit du temple, lorsqu'il y entra; et une nuée remplit le parvis intérieur.

4. Et elevata est gloria Domini desuper cherub ad limen domus; et repleta est domus nube, et atrium repletum est splendore gloriæ Domini.

5. Et sonitus alarum cherubim audiebatur usque ad atrium exterius, quasi vox Dei omnipotentis loquentis.

6. Cùmque præcepisset viro qui indutus erat lineis, dicens: Sume ignem de medio rotarum, que sunt inter cherubim; ingressus ille stetit juxta rotam.

7. Et extendit cherub manum de medio cherubim, ad ignem qui erat inter cherubim; et sumpsit, et dedit in manus ejus qui indutus erat lineis: qui accipiens egressus est.

8. Et apparuit in cherubim similitudo manûs hominis subitis pennas eorum.

9. Et vidi, et ecce quatuor rotæ juxta cherubim: rota una juxta cherub unum, et rota alia juxta cherub unum: species autem rotarum erat quasi visio lapidis chrysolithi.

10. Et aspectus earum similitudo una quatuor: quasi sit rota in medio rotæ.

11. Cùmque ambularent, in quatuor partes gradiebantur: et non revertebantur ambulantes, sed ad locum, ad quem ire declinabat que prima erat, sequébantur et cætera; nec convertebantur.

12. Et omne corpus earum, et colla, et manus, et pedes, et circuli, plena erant oculis in circuitu quatuor rotarum.

13. Et rotas istas vocavi volubiles, audiente me.

14. Quatuor autem facies habebat unum: facies una, facies cherub: et facies secunda, facies hominis: et in tertio facies leonis, et in quarto facies aquilæ.

15. Et elevata sunt cherubim: ipsum est animal, quod videram juxta fluvium Chobar.

16. Cùmque ambularent cherubim, ibant pariter et rotæ juxta ea: et cùm eleverant cherubim alas suas ut exaltarentur de terrâ, non residebant rotæ, sed et ipse juxta erant.

17. Stantibus illis, stabant, et cum elevatis elevabantur: spiritus enim vite erat in eis.

18. Et egressa est gloria Domini à limine templi: et stetit super cherubim.

19. Et elevanta cherubim alas suas, exaltata sunt à terrâ coram me: et illis egredientibus, rotæ quæ subsecuta sunt: et stetit in introitu porte domus Domini orientalis: et gloria Dei Israel erat super ea.

20. Ipsum est animal, quod vidi subter Deum Israel juxta fluvium Chobar: et intellexi quia cherubim essent.

21. Quatuor vultus uni, et quatuor alæ uni: et similitudo manûs hominis sub alis eorum.

22. Et similitudo vultuum eorum, ipsi vultus quos videram juxta fluvium Chobar, et intuitus eorum, et impetus singulorum ante faciem suam ingredi.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — IN FIRMAMENTO. Figura cap. 1, vers. 26, descripta est, ET QUASI SPECIES SIMILITUDINEM SOLII, id est, sicut humana figura sedet super similitudinem

4. La gloire du Seigneur s'éleva de dessus les cherubins, et vint à l'entrée du temple; et la maison fut couverte de la nuée, et le parvis fut rempli de l'éclat de la gloire du Seigneur.

5. Le bruit des ailes des cherubins retentissait jusqu'au parvis extérieur, et paraissait comme la voix du Dieu tout-puissant qui parlait.

6. Le Seigneur ayant donc fait ce commandement à celui qui était vêtu d'une robe de lin, et lui ayant dit: Prenez de feu du milieu des roues qui sont entre les cherubins, il y alla, et se tint près d'une des roues.

7. Alors un des cherubins étendit sa main du milieu des cherubins, vers le feu qui était entre les cherubins; et en ayant pris, il le mit dans la main de celui qui était vêtu d'une robe de lin; lequel, l'ayant reçu, s'en revint.

8. Et il parut dans les cherubins comme une main d'homme qui était sans leurs ailes.

9. Voici encore ce que je vis: Il me parut quatre roues près des cherubins. Il y avait une roue près d'un cherubim et une autre roue près d'un autre cherubim; les roues paraissaient, à les voir, comme une pierre de chrysolithe;

10. Et toutes les quatre paraissaient semblables, comme si une roue était au milieu d'une autre roue.

11. Et lorsqu'elles marchaient, elles marchaient de quatre côtés et elles ne retournaient point en marchant; mais quand celle qui était la première alla d'un côté, les autres suivirent aussitôt sans tourner ailleurs.

12. Le corps des quatre roues, leur cou, leurs mains, leurs ailes et leurs cercles étaient pleins d'yeux tout autour.

13. Et il appela ces roues devant moi, les roues légères.

14. Chacun des animaux avait quatre faces; la première était celle d'un cherubim; la seconde, celle d'un homme; la troisième, celle d'un lion; et la quatrième, celle d'un aigle.

15. Et les cherubins s'élevèrent en haut; c'étaient les mêmes animaux que j'avais vus près du fleuve de Chobar.

16. Lorsque les cherubins marchaient, les roues marchaient aussi auprès d'eux; et lorsque les cherubins étendaient leurs ailes pour s'élever de terre, les roues n'y demeurèrent point, mais elles se trouvaient aussi auprès d'eux.

17. Elles demeuraient quand ils demeuraient, et elles s'élevaient quand ils s'élevaient, parce que l'esprit était en elles.

18. Et la gloire du Seigneur sortit ensuite de l'entrée du temple, et se plaça sur les cherubins.

19. Et les cherubins étendant leurs ailes en haut, s'élevèrent de terre devant moi; et lorsqu'ils partirent, les roues les suivirent aussi; et les cherubins s'arrêtèrent à l'entrée de la porte de la maison du Seigneur du côté de l'orient; et la gloire du Dieu d'Israël était sur eux.

20. C'étaient les mêmes animaux que j'avais vus au-dessous du Dieu d'Israël, près du fleuve de Chobar, et je reconnus que c'étaient des cherubins.

21. Chacun d'eux avait quatre visages et quatre ailes; et il paraissait comme une main d'homme sous leurs ailes.

22. Les faces qui me y parurent, leur regard, et cette impudensité avec laquelle chacun marchait devant soi, étaient les mêmes que j'avais vus près du fleuve de Chobar.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ET QUASI SPECIES SIMILITUDINEM SOLII, id est, sicut humana figura sedet super similitudinem

VERS. 2. — ET DIXIT. Qui super thronum sapphirinum



sadebat. **QUE SUNT SUBTUS CHERUBIM.** Rote erant infra Cherubim, ut apparet ex figurâ capitis primi. **IMPLEX MANUM TUAM PRUNIS,** prunæ per urbem disperse futurum urbis incendium pertendebant; quod autem ex medio rotarum, et per angelum, et Dei jussu colliguntur, indicat urbis incendium non casu, aut hominum consilio, sed Dei providentiâ imperioque futurum esse.

**VERS. 5. — ET CHERUBIM AUTEM.** Parenthesis est, continens hunc versum, quartum et quintum. **A DEXTRIS DOMUS, sanctuarii,** erant enim intra templum; et domus vocatur aliquando totum templum, aliquando sanctum sanctorum.

**VERS. 4. — ET ELEVATA EST;** quasi discederet à propitiatorio, relicto cherubinis qui illud obtegebant, ut dixit cap. 9, versu 8. **ET REPLETA EST DOMUS NUBE;** quia ante gloria et majestas Dei intra propitiatorium quodammodo latebat: cum autem exiret ac discederet, implevit splendore totum templum.

**VERS. 5. — ET SONITUS ALARUM.** Stridor, quem cap. 4, versu 24, aquarum multarum murmuri, et sono castrorum, et voci sublimis Dei, id est, tonitruo comparavit. Atque eodem modo hic locus intelligendus est. Dicuntur enim tonitrua voces Dei, ut Psal. 28, 5: *Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit; Dominus super aquas multas.* Vide quæ cap. 4, versu 24, notavimus.

**VERS. 8. — SIMILITUDO MANUS,** ut cap. 4, versu 8. **VERS. 9. — ECCE QUATOR ROTÆ,** ut cap. 4, versu 15 et 16. **CARYSOLITHI.** Hebr. *tharsis*, id est, crystalli, ut R. Salom. interpretatur; vide quæ de eâ re diximus, cap. 4, versu 16.

**VERS. 10. — SIMILITUDO UNA QUATOR.** Quator dandi casus est, quator illis, id est, una et eadem erant omnibus illis quator forma atque similitudo: aut ex illis quator, videbatur una quadripartita rota constare; quasi esset rota in rotâ, ut capite 1, versu 16, explicatum est.

**VERS. 11. — IN QUATOR PARTES,** id est, in omnem partem eadem facilitateolvebantur, quia non convertentur, sicut cirtus nostri; sed versus omnem partem parate erant moveri, ut exposuimus cap. 4, versu 17. Quator partes posuit pro omnibus, quia quator præcipue sunt locorum differentie, dextrum, sinistrum, anterior, posterior. **AD QUEM IRE DECLINABAT, QUE PRIMA ERAT.** Hebraicè, ambiguum est utrum ad rotas, an ad cherubim referatur. **Jonathas** et R. David referunt ad cherubim, quò declinabat primus cherub. Convenit hic sensus cum eo quod dicitur infra versu 16, et supra cap. 1, versu 19: *Cumque ambularent cherubim, itant pariter et rotæ juxta ea.* Hieronymus referit ad rotas, qui etiam sensus verus est. Ita enim rote factæ atque connexæ erant, ut quicumque prima moveri coepta esset, eò omnes sequerentur. Septuag. eandem ambiguitatem suo more reliquerunt. *In quemcumque locum principium unum respiciebat, post ipsum gradiebantur.*

**VERS. 12. — ET OMNE CORPUS EARUM;** etiam hoc Hebraicè ambiguum est, et vel ad cherubim, vel ad rotas referri potest. Et Septuaginta quidem, et Chal-

dæus paraphrastes ad cherubim videntur retulisse; quam interpretationem illud confirmat, quòd carnem, manus, pennas, collaque illis tribuit; quæ rote non habebant. Atque ita Theodoretus interpretatur. Hieronymus verò, et inter Hebræos R. David Kimchi referunt ad rotas; quod magis consentaneum est figuræ, quæ primo capite, versu 18, descripta est; ubi non cherubinis, sed rotis oculi tribuuntur. Carnem ergo rotarum per metaphoram earum corpus appellat, quia corpus carne constare solet; colla modiolos, manus radios, pennas, circulos ligneos, circulos vero canthos ferreos quibus adstringuntur. Tribuit enim rotis figuram volucris, ut summam earum celeritatem declararet. Si quis dixerit referendum esse hoc ad rotas simul et ad cherubim; et rotis corpus et circulos; cherubinis verò colla, manus, pennas tribui; non repugnabo; fieri enim potest, ut quod cap. 4, non dixerat, hoc loco dicit.

**VERS. 15. — ET ROTAS ISTAS.** Recentiores interpretes, secuti R. David, ad hunc modum exponunt: *Me audiente acclamatum est ipsis rotis: ô rota, sub, fac hoc vel illud.* Quod mihi nullo modo placet, quorsum enim rotis, et non potiùs cherubinis præceptum datum esset? aut quorsum præceptum retineeretur? aut cur potiùs secundo loco Propheta nomen galgal quàm apho posuisset, quo semper aliâ usus fuerat, nisi ut significaret impositum illis fuisse hoc nomen? Itaque rectè Sept. nomen ipsum Hebraicum quasi proprium reliquerunt, *רָעָלָה*. Rectè Hieronymus non dixit, *vocari rotas;* sed, *vocari volabiles.* Atque hoc sensu Chaldaeus paraphrastes, et R. Moses, lib. 5 More, et R. Salomon in commentariis in hunc locum interpretantur.

**VERS. 14. — FACIES CHERUB.** Primo capite versu 10, dicitur habuisse faciem bôvis; et hoc ipso cap., versu 20, dicit fuisse omnes cherubinos. Ex quo colligimus omnia animalia habuisse humanam faciem, sed bovina quodammodo referentem. Hæc enim erat formam cherub. Quare quòd animal bovina formam maximè præ se ferebat, illic dicitur habere faciem bôvis, hic faciem cherub.

**VERS. 15. — IPSUM EST ANIMAL.** Singularis numerus pro plurali; ipsa sunt animalia, quæ videram juxta fluvium Chobar, cap. 1, versu 15.

**VERS. 16. — NON RESIDERANT.** Hebr. *Non recedebant rote etiam ipsæ de propè ipsorum,* id est, non discedebant ab illis, sed sequebantur, vide cap. 4, versu 19.

**VERS. 17. — SPIRITUS ENIM VITÆ.** Spiritus animalis, id est, eodem Dei spiritu impellebantur rota, quo animalia, ut explicavimus, cap. 1, v. 20.

**VERS. 20. IPRUM EST ANIMAL.** Singulari pro plurali, ut versu 15. **SUBTER DEUM,** id est, sub imagine electricâ, quæ in solio, quod erat super firmamentum, quod capitibus cherubinorum imminebat, ut apparet cap. 1, versu 26 et 27. Ea enim imago Deum referebat, idcirco Deus appellatur.

**VERS. 21. — QUATOR PER QUATOR.** Hebraicè, *quator quator facies uni,* id est, unicuique quaternæ facies erant, ut dictum est, cap. 1, versu 6.

**VERS. 22. — IPSI VULTUS,** id est: Vultus eorum similes erant iis quos videram juxta fluvium Chobar. **ET INTUITUS EORUM,** id est, similitudo eorum. **ET INTER SINGULORUM.** Hebr.: *Et ipsa (animalia) sub eodem modo se habebant,* ut Septuaginta verterunt; unum CAPUT XI.

1. Et elevavi me Spiritus, et introduxit me ad portam domûs Domini orientalem, quæ respicit ad solis ortum: et ecce in introitu porte viginti quinque viri: et vidi in medio eorum Jezoniam filium Azur, et Pheltiam filium Banaïæ, principes populi.

2. Dixitque ad me: Fili hominis, hi sunt viri qui cogitant iniquitatem, et tractant consilium pessimum in urbe istâ.

3. Dicentes: Nomen dudum ædificatæ sunt domus hæc esse lebes, nos autem carnes.

4. Idcirco vaticinare de eis, vaticinare, fili hominis.

5. Et irruit in me Spiritus Domini, et dixit ad me: Loquere: Hæc dicit Dominus: Sic locuti estis, domus Israel, et cogitationes cordis vestri ego novi.

6. Plurimos occidistis in urbe hæc, et implèstis vias ejus interfectis.

7. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Interfecti vestri, quos posuistis in medio ejus, hi sunt carnes, et hæc esse lebes, et educam vos de medio ejus.

8. Gladium metuistis, et gladium inducam super vos, ait Dominus Deus.

9. Et ejiciam vos de medio ejus, daboque vos in manum hostium, et faciam in vobis judicia.

10. Gladio cadetis: in finibus Israel judicabo vos, et scietis quia ego Dominus.

11. Hæc non erit vobis in lebetem, et vos non eritis in medio ejus in carnes: in finibus Israel judicabo vos.

12. Et scietis quia ego Dominus: quia in præceptis meis non ambulastis, et judicia mea non fecistis, sed juxta judicia gentium quæ in circuitu vestro sunt, estis operari.

13. Et factum est, cum prophetarem, Pheltias filius Banaïæ mortuus est: et cecidi in faciem meam clamans voce magnâ, et dixi: Heu, heu, heu, Domine Deus: consummationem tu facis reliquiarum Israel?

14. Et factum est verbum Domini ad me dicens:

15. Fili hominis, fratres tui, fratres tui, viri propinqui tui, et omnis domus Israel, universi quibus dixerunt habitatores Jerusalem: Longè recedite à Domino: nobis data est terra in possessionem.

16. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia longè feci eos in gentibus, et quia dispersi eos in terris: ero eis in sanctificationem modicam in terris ad quas venerunt.

17. Propterea loquere: Hæc dicit Dominus Deus: Congregabo vos de populis, et addabo de terris in quibus dispersi estis, daboque vobis humum Israel.

18. Et ingredientur illuc, et auferent omnes offensiones, contasque abominationes ejus de illâ.

19. Et dabo eis cor unum, et spiritum novum tri-

quodque ante faciem suam gradiebantur, id est, rectâ incedebant in omnem partem, quia versus omnem partem faciem habebant, itaque non revertentur cum incederent, ut demonstratum est, cap. 1, v. 12.

#### CHAPITRE XI.

1. L'Esprit ensuite m'enleva, et me mena à la porte orientale de la maison du Seigneur, qui regarde le soleil levant; je vis alors à l'entrée de la porte vingt-cinq hommes; j'aperçus au milieu d'eux Jézonias, fils d'Azur, et Pheltias, fils de Banaïas, princes du peuple.

2. Et il me dit: Fils de l'homme, ce sont là ceux qui ont des pensées d'iniquité, et qui forment de pernicieux desseins en cette ville.

3. En disant: Nos maisons ne sont-elles pas bâties depuis long-temps? Elle est la chaudière, et nous sommes la chair.

4. C'est pourquoi prophétisez sur eux; fils de l'homme, prophétisez.

5. Au même temps l'Esprit de Dieu me saisit, et me dit: Parlez: Voici ce que dit le Seigneur: C'est ainsi que vous avez raisonné, maison d'Israël, et je connais les pensées de votre cœur.

6. Vous avez été un grand nombre de personnes dans cette ville, et vous avez rempli ses rues de corps morts.

7. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu: Ceux que vous avez tués, que vous avez étendus morts au milieu de la ville, ceux-là sont la chair, et la ville est la chaudière: mais pour vous, je vous ferai sortir du milieu de cette ville.

8. Vous craignez l'épée, et je ferai tomber sur vous l'épée, dit le Seigneur Dieu.

9. Je vous chasserai des mains de vos ennemis; et j'exercerai sur vous mes jugemens.

10. Vous périrez par l'épée; je vous jugerai sur les confins d'Israël, et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

11. Cette ville ne sera point pour vous une chaudière, et vous ne serez point comme la chair au milieu d'elle; mais je vous jugerai dans les confins d'Israël.

12. Et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur, parce que vous n'avez point marché dans la voie de mes préceptes, et que vous n'avez point observé mes ordonnances, mais que vous vous êtes conduits selon les coutumes des nations qui vous environnent.

13. Comme je prophétisais, Pheltias, fils de Banaïas, mourut. Alors je tombai le visage contre terre, et je criai à haute voix, en disant: Hélas! hélas! hélas! Seigneur Dieu! vous achevez donc de perdre ce qui reste d'Israël?

14. Et le Seigneur m'adressa sa parole, et me dit:

15. Fils de l'homme, vos frères, vos frères, vos proches, et toute la maison d'Israël, tous ceux à qui les habitants de Jérusalem ont dit: Allez-vous-en loin du Seigneur; car c'est à nous que la terre a été donnée pour la posséder.

16. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu: Quoique je les aie envoyés si loin parmi les nations, et que je les aie dispersés en divers pays, je ne laisserai pas de sanctifier leur petit nombre dans les pays où ils sont allés.

17. Dites-leur donc: Voici ce que dit le Seigneur Dieu: Je vous rassemblerai. Ja milieu des peuples; je vous réunirai des pays où vous avez été dispersés; et je vous donnerai la terre d'Israël.

18. Et ils y entreront, et ils ôteront du milieu d'elle tout ce qui lui a été un sujet de chute, et toutes ses abominations;

19. Et je leur donnerai un même cœur, et je répandrai dans leurs entrailles un esprit nouveau: j'a-



buam in visceribus eorum : et auferam cor lapideum de carne eorum, et dabo eis cor carneum ;

20. Ut in præceptis meis ambulent, et iudicia mea custodiant, faciantque ea : et sint mihi in populum, et ego sim eis in Deum.

21. Quorum cor post offendicula et abominaciones suas ambulat, horum viam in capite suo ponam, dicit Dominus Deus.

22. Et elevaverunt cherubim alas suas, et rote cum eis : et gloria Dei Israel erat super ea.

25. Et ascendit gloria Domini de medio civitatis, stetitque super montem, qui est ad orientem urbis.

24. Et Spiritus levavit me, adduxitque in Chaldaeam ad transmigracionem, in visione, in spiritu Dei : et sublata est à me visio quam videram.

25. Et locutus sum ad transmigracionem omnia verba Domini quæ ostenderat mihi.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ELEVAVIT ME. Sunt qui putent auctore R. David, hanc eandem esse visionem, quæ capite 8 descripta est ; repeti autem hæc aut continuari. Hæc enim omnia prius facta fuisse, quam quæ capite nono et decimo scripta sunt. VIGINTI QUINQUE VIRI, illi scilicet, qui dorsa ad templum habebant obversa ; qui pro ferè omnibus, aut pro principibus ponuntur.

VERS. 5. — NONNE DUBEM, id est, nonne domus jam dudum edificatae manent, postquam Jeremias urbem evertendam prædixit ? aut, nonne domus edificatae sunt novæ, postquam Jeremias antiquas prædixerat evertendas ? Hebr. ad verbum : *Non in propinquo edificare domos.* Quæ verba R. Salomon et R. David sic interpretantur : Non propè est urbis eversio, quam nobis Jeremias prædixit ; edificare domos, infinitum pro imperativo ; non tam citò evenient quæ propheta nobis de hujus eversione vaticinatus est. Itaque licet nobis novas edificare domos. HÆC EST LEDES, NOS AUTEM CARNES, id est, quemadmodum carnes ex lebetem non extrahuntur, donec satis coctæ sint : ita nos non abducemur ex hæc urbe in captivitatem, donec confecto naturali vite cursu moriamur.

VERS. 6. — PLERIMOS OCCIDISTIS. Iniqui iudicis innocentes condemnantes, ut dixit cap. 7, 25 : *Terra plena est iudicio sanguinum, et civitas plena iniquitate.* et cap. 9, vers. 9 : *Repleta est terra sanguinibus, et civitas repleta est aversione.*

VERS. 7. — INTERFECTI VESTRI. Metaphoram quæ viginti quinque viri usi fuerant, in contrarium sensum subtiliter convertit, quasi dicat : Verè dicitis hanc urbem esse lebetem ; sed carnes ejus non estis vos ; sed ille, quos vos in eâ iniquè interfecistis ; quæpropter vos non in eâ manebitis ; sed abducam vos de medio ejus.

VERS. 8. — GLADIUM METUISTIS. Affirmatio tacitam negationem includens ; ac si dicat, non timuistis captivitatem, sed gladium, id est, bellum Babiloniorum : idèoque misistis legatos in Ægyptum, ut auxi-

terai de leur chair le cœur de pierre, et je leur donnerai un cœur de chair ;

20. Afin qu'ils marchent dans la voie de mes préceptes, qu'ils gardent ce que je leur ai ordonné, et qu'ils le fassent ; qu'ils soient mon peuple, et que je sois leur Dieu.

21. Mais pour ceux dont le cœur s'abandonne à ce qui leur est un sujet de chute, et à leurs abominations, je ferai retomber leurs crimes sur leurs têtes, dit le Seigneur Dieu.

22. Alors les cherubins élevèrent leurs ailes, les roues s'élevèrent avec eux, et la gloire du Dieu d'Israël était sur les cherubins ;

25. Et la gloire du Seigneur monta du milieu de la ville, et alla s'arrêter sur la montagne qui est à l'orient de la ville.

24. Après cela, l'Esprit m'enleva, et me ramena en vision par la vertu de l'esprit de Dieu, en Chaldée, vers le peuple qui était captif ; et la vision que j'avais eue s'évanouit de mon esprit.

25. Et je dis au peuple captif tout ce que le Seigneur m'avait fait voir.

lium peteretis, Jerem. 2, 18. Idèò utrumque vobis inducam et gladium quem timebatis et captivitatem quam non timebatis.

VERS. 9. — IN MANUM HOSTIUM. In manum alienorum, ut etiam Sept. vertentur, id est, in manus Babiloniorum. ET FACIAM IN VOBIS JUDICIA, id est, castigabo vos pro meritis vestris ; summam dignas de vobis penas, ut cap. 5, 8 : *Faciam in medio tui iudicia in oculis gentium.*

VERS. 10. — IN FINIBUS ISRAEL. Adhuc alludit ad lebetem ; quasi dicat : Non moriemini in hæc urbe, confecto vite cursu, sicut carnes in lebetem, et vos existimatis ; sed in finibus Israel, id est, in Reblathâ, ubi Nabuchodonosor, dum expugnaretur Jerusalem, sedem fixerat ; ibidemque filios Sodecie et principes interfecit, ipsunque Sodeciam orbavit oculis, 4 Reg. 25, 6, et Jerem. 59, 5, et 52, 9. Erat autem Reblatha in finibus Israel. Ita et nostri Hebræorum interpretes exponunt.

VERS. 15. — PHELTAS FILIUS BANAE. Hic virus erat ex viginti quinque illis viris qui Jerosolymitanos cives pervertebant, ut dixi vers. 1. Quare merito queri potest, cur Ezechiel ob ejus mortem dolens clamaverit. Respondet R. David non ejus causâ, quia impius erat, doluisse ; sed quia, cum princeps populi esset, subito eum mortuum esse vidisset, existimavi omnem prostris populum periturum. CONSUMMATIONEM FACIS ? per interrogationem legendum, id est, an perdes omnino omnes reliquias Israel ? ut dixit supra, cap. 9, 8, contra quam per Jeremiam promissisti, cap. 4, 27, et 5, 10.

VERS. 15. — FRATRES TUI, VIRI PROPINQUI TUI. Incipit laudare, consolarique eos qui se regi Babilonis spontè tradiderant : promittit enim illis liberationem. Oratio est suspensa ; sunt enim multi nominatim sine verbo, Hebræorum more. Tota oratio sic resolvenda est Latine : Fili hominis, fratris tuis, fratris inquam tuis, et propinquis, atque cognatis tuis, et omni domui Israel, universisque, quibus dixerunt habitatores

Jerusalem : *Longè recedite à Domino* (id est, ab Jerusalem, ubi Dominus in templo suo habitat, iteque in captivitate) nobis enim hæc terra in possessionem data est (id est, in eâ manebimus, nec ab eâ Deus nos ejici patietur) ; his, inquam omnibus, quia eos inter gentes dispersi, ero in sanctificationem modicam. Hebr. : *In sanctuarium modicum in terris ad quas veniunt ; quasi dicat : Illi qui Jerosolymis manent, quique existimant se templum Jerosolymitanum egregiè retinere, non habent templum, quia solos parietes sine Deo habent, jam enim gloria mea inde recessit, ut cap. precedenti, vers. 4 et 18, dictum est, et ab istis parietibus, quos retinetis, paulò post ejiciemini. Illi autem qui in captivitate sunt, quosque vos putatis à templo discessisse, templum habent, quia me habent, qui ero illis in templum modicum, id est, ad breve tempus, tansiper dum eos in patriam reduco.*

VERS. 17. — LOQUERE, iis qui in captivitate sunt, ut eos consolere. Hactenus propheta vaticinatus fuerat iis qui manserant in Jerusalem tristia, nunc jubetur iis qui in captivitate, jucundam liberationem prædicere, quæ omnia eò spectant, ut ille qui Jerosolymis erant, audientes liberationem captivis promitti, sibi verò liberis captivitatem denuntiare, ad penitentiam moverentur.

VERS. 18. — ET INGREDIENTUR ILLIC. Mutatio personæ : prius enim per secundam personam de iisdem loquebatur : *Congregabo vos de populis, et adducam de terris in quibus dispersi estis.* ET AUFERENT OMNES OFFENSIONES, id est, idola, quæ nunc in eâ sunt ; idola enim, offensiones et abominaciones vocat, quia eos offendere faciebant, Deoque reddabant execrabiles, ut supra, cap. 5, 11, et Jerem. cap. 4, 1. Hæc quamvis historicè de Jerusalem à propheta dicta sint, longius tamen spectant ad Ecclesiam evangelicam, et reliquiarum Judæorum ad eam reductionem.

VERS. 19. — ET DABO EIS COR UNUM, id est, mihi soli deserviens, non item idolis. Nunc enim divinum quodam modo habent cor, quia et me et idola colunt. Sic interpretatur R. David, eodemque sensu vertit Chaldaeus paraphrastes. Alii *cor unum*, id est, simplex vocari putant, quasi dicat : Faciam ut me simpliciter ac sincero animo colant. Alii, *unum*, id est, amicum atque consentiens, quod in Christianis D. Lucas, in Actis cap. 4, vers. 32, factum fuisse scribit : *Multitudo unum cor et unum animus.*

## CAPUT XII.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens : 2. Fili hominis, in medio domus exasperantis tu habitas ; qui oculos habent ad videndum, et non vident ; et aures ad audiendum, et non audiunt : quia domus exasperans est.

3. Tu ergo, fili hominis, fac tibi vasa transmigracionis, et transmigrabis per diem coram eis : transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum, in conspectu eorum, si fortè aspiciant : quia domus exasperans est.

4. Et efferes foras vasa tua quasi vasa transmigrantis per diem in conspectu eorum : tu autem egredieris

domus autem credentium erat cor unum et anima una. Septuag. videntur pro acil legisse acar, alterum, verterunt enim : *Et dabo illis cor alterum, id est novum ; qui sensus magnoperè mihi placeat. Idem enim videtur dicere voluisse, cum dixit, cor unum, et cum dixit, spiritum novum. Confirmat hæc interpretacionem, quòd Ezechiel cap. 56, 25, hæc eandem repetens sententiam, non dixit : Dabo vobis cor unum, sed : Dabo vobis cor novum, et spiritum novum, quantum Jeremias cap. 52, 59 : *Cor unum, et viam unam dixit.* Quid autem vocet cor alterum et spiritum novum declarat statim, cum dicit : *Auferam cor lapideum de carne eorum, et dabo eis cor carneum.**

VERS. 21. — POST OFFENDICULA, id est, idola, ut vers. 18. Hebr., *abominaciones eorum* ; idem enim significat quòd *thoabothem*, quod statim sequitur. Cor autem ambulare dicitur metaphorâ Latinorum auribus durissimâ, Hebræis verò usitatâ pro, esse propensum. HORUM VIAM IN CAPITE SUO PONAM, id est, eos pro meritis suis puniam. Frequens Hebræismus, ut supra, cap. 9, 10, et infra cap. 16, 45, et cap. 22, 51.

VERS. 25. — ET ASCENDIT GLORIA DOMINI, id est, imago illa electrica, quæ descripta est cap. 4, 26, 27, et cap. 10, vers. 1. Ea enim vocatur gloria Dei, cap. 2, 1, et cap. 5, 25, et cap. 8, 4, et cap. 9, 5, et cap. 10, 4, 18, 19. Dicitur autem ascendisse, id est, discessisse ab urbe et à templo, quæ re discessus Dei significabatur. STETITQUE SUPER MONTEM. Is erat mons Olivei, ut Chaldaeus paraphrastes, et R. David, et R. Salom. interpretantur. In eo autem monte gloria Dei stetit, ut indicaret se in eorum relicto templo recipere, ut ait Kimchi. Christus ex eodem monte in caelum ascendit, Act. 1, 12. Potest etiam mens gloriae barbaras et incultas significare, ad quas Dei gentes religiose Judeis transferenda erat. Sicut Christus dicit Math. 21, 45 : *Auferetur à vobis regnum Dei ; et dabitur genti, etc.*

VERS. 24. — ADDUXITQUE IN CHALDEAM. Re quidem ipsâ propheta in Chaldæa erat ; sed quia spiritu in Jerusalem ductus fuerat, eodem spiritu reducit. AD TRANSMIGRATIONEM, id est, ad captivos, qui ex Jerusalem in Chaldæam transmigrarent, ut versu sequenti, ut supra cap. 5, 11, 15, et Jerem. cap. 28, 46, et cap. 29, 1, 4.

## CHAPITRE XII.

1. Le Seigneur m'adressa encore sa parole, et moi dit :

2. Fils de l'homme, vous demeurez au milieu d'un peuple qui ne cesse de m'irriter, au milieu de ceux qui ont des yeux pour voir, et ne voient point ; qui ont des oreilles pour entendre et n'entendent point ; parce que c'est un peuple qui m'irrite sans cesse.

3. Vous donc, fils de l'homme, préparez pour vous ce que peut avoir une personne qui quitte son pays pour aller ailleurs ; vous ferez transporter vos meubles devant eux un plein jour, et vous passerez vous-même d'un lieu à un autre, devant leurs yeux, pour voir s'ils y feront attention ; car c'est un peuple qui ne cesse de m'irriter.

4. Vous transporterez hors de chez vous, à leurs